GESCHICHTE DES MITTELALTERISCHEN HANDELS UND VERKEHRS ZWISCHEN...

Aloys Schulte

Digitized by Google

Digitized by Google

Schulte,

Geschichte des mittelalterlichen Handels und Verkehrs zwischen Westdeutschland und Italien.

II. Band.

Digitized by Google

Digitized by Google

392750

Geschichte

des

mittelalterlichen Handels und Verkehrs

zwischen

Westdeutschland und Italien mit Ausschluſs von Venedig.

Herausgegeben von der

Badischen Historischen Kommission.

Bearbeitet von

Dr. Aloys Schulte,

ordentl. Professor der Geschichte an der Universität Breslau.

II. Band.

Urkunden.

Mit 2 Karten.

BIBLIOTH
DE LA
VILLE DE
LYON

Leipzig,

Verlag von Duncker & Humblot.

1900.

Digitized by Google

MAILAND.

ARCHIV DER CAMERA DI COMMERCIO.

1. König Albrecht giebt dem Bischof v. Basel, Abt von Murbach, Herzog von Lothringen, den Grafen von Bar, Pfirt und Homberg Befehl durch ihre Gebiete den Kaufleuten sicheres Geleit zu gewähren. Luzern 1299 März 26. inserirt in:

Bischof Peter von Basel verkündet diesen Befehl seinen Untergebenen. Hagenau 1299 Mai 10. inserirt in:

Vidimation eines Mailänder Notars auf Befehl des Richters des Capitano del popolo von Mailand. Mailand 1299 Juli 2.

[a] In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono die Jovis secundo mensis Jullii indictione duodecima. Dominus Richardus de Arezo judex domini capitanei populi Mediolani precepit mihi Ingrisio de Dotto notario, ut autenticarem et insinuarem et in publicam formam redigerem infrascriptas litteras domini .. episcopi Basiliensis, ita quod earum autenticatio et insinuatio perpetuo valeat et teneat et ei tanquam primeve et autentice scripture adhibeatur plena fides. Quarum tenor hic est:

Petrus Dei gratia Basiliensis episcopus ac regni Boemie cancellarius universis nobilibus offitiatis fidelibus ac aliis cujuscumque status vel conditionis existat per districtus nostri terminos constitutis salutem et regalis magnificentie statutis ac mandatis nostris firmiter obedire. Litteras sacre santionis serenissime majestatis magnifici et illustris domini nostri Alberti Romanorum regis semper augusti recepimus in hec verba:

[a] *Eine Art von Chrismon.*

Digitized by Google

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus Basiliensi episcopo et Morbacensi abbati ac illustri Frederico duci Lothoringie principibus suis nec non et Theobaldo de Lothoringia viro spectabili ac nobilibus viris Hoinr[rico] Barrensi Theobaldo Phirretensi et Hermano de Homberg comitibus aliisque presentes litteras inspecturis dilectis suis fidelibus gratiam suam et omne bonum. Ad universitatis vestre notitiam deducimus per presentes, quod in curia nostra solenni nuper apud Nuremberg celebrata pro observatione et conservatione pacis generalis de consensu unanimi et convenientia principum nostrorum et imperii ordinatum extitit et statutum, quod mercatoribus cum suis mercaturis et aliis hominibus cum suis rebus per vestros districtus seu terminos transeuntibus soluto tholoneo et pedagio debito et consueto in locis vestris debitis et consuetis de securo conductu in vestris districtibus et terminis debeatis taliter providere, quod ipsi eodem securo conductu vestro plene gaudeant ac eisdem vestris districtibus et terminis aliquid non amittant. Alioquin auctoritate predicti statuti et pacis generalis ipsis ad restitutionem ablatorum tenemini et omnia damna illata et deperdita integraliter et absque diminutione qualibet resarcire presentium testimonio litterarum. Datae in Luceria sexto kalendas aprilis indictione duodecima, anno domini MCCLXXXXVIII°, regni vero nostri anno primo.

Volentes igitur a nobis et nostris cujuscumque status seu condicionis hominibus regie majestatis imperium et statutum illesum et incontactum semper inviolabiliter observari et perversorum malitiam penis debitis refrenari, juxta predictarum litterarum continentiam omnes mercatores cujuscumque regionis aut patriae per nostros terminos et districtus transeuntes et redeuntes in nostram protectionem et conductum nostrum recipimus in rebus ipsorum quibuslibet et personis, mandantes vobis singulis et universis, ne quis ausu temerario regale statutum et penam, quam nos malefactoribus hujusmodi infringere possumus et debemus, vilipendens dictos mercatores contra predictarum litterarum regalium et nostrarum continentiam in rebus aut personis presumat aliquatenus invadere vel molestare, sicut regie majestati gladium temporalem et nostram voluerit effugere ultionem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Hagnoya anno domini MCCLXXXX° sexto idus Maji.

Actum Mediolani in palatio veteri comunis Mediolani. Interfuerunt testes Lantelmus filius quondam domini Petri Pasquali et Miranus filius domini Ladenate Biffi et Perrinus filius quondam Andree Bullii omnes civitatis Mediolani. In cujus rei testimonium sigillum domini guardiani fratrum ordinis Minorum Mediolani est appensum.

Digitized by Google

Notarszeichen. Ego predictus Ingresius filius quondam Jacobi de Dotto civitatis Mediolani porte Cumane contrate sancti Thome notarius autenticavi et insinuavi ut supra et tradidi et scripsi.

Perg. Or. Das Siegel ist abgefallen.
Archivermerk saec. XIIII. »privilegium domini . . episcopi Basiliensis.«

**2. Theobald Graf von Pfirt nimmt alle Kaufleute von Rom, Toskana, der Lombardei und Provence in seinen Schutz und giebt ihnen einzelne Zusicherungen. Luzern 1299 März 31. inserirt in: Vidimation eines Mailänder Notars auf Befehl des Richters des Capitano del popolo von Mailand. Mailand 1299 Juli 2.*

[a] In nomine domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono die Jovis secundo mensis Jullii indictione duodecima. Dominus Richardus de Arezo judex domini capitanei populi Mediolani precepit michi Ingrisio de Dotto notario, ut autenticarem et insinuarem et in publicam formam redigerem infrascriptas litteras domini comitis Pherretarum, ita quod earum autenticatio et insinuatio perpetuo valeat et teneat et ei tanquam primeve et autentice scripture adhibeatur plena fides, quarum tenor hic est.

Nos Theobaldus comes Pherretarum notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis[b], quod nos de bona voluntate et beneplacito nostro recepimus atque recipimus universos mercatores Romanos, Tuchanos, Lombardos, Provinciales res et bona ipsorum in nostro guidagio et conductu et in nostra salva custodia et proteccione, stantes euntes et redeuntes in personis et rebus suis per totam terram nostram scilicet per totum conductum nostrum et posse nostrum, et dedimus atque damus eisdem mercatoribus et servientibus ac familiis eorum euntibus et transeuntibus per terram nostram, quod sint liberi et absoluti qua manu moderna. Ita quod si aliquis mercatorum transiens per terram et districtum nostrum obierit vel interficeretur, volumus et concedimus, quod bona, que secum haberet vel per terram nostram deferri faceret, ad heredes et proximos ipsius defuncti libere devolvantur et deliberentur seu ad ipsius sotios vel rectores universitatis dictorum mercatorum, si fidem fecerint, quod sint heredes vel proximi sotii defuncti, per litteras sigillatas sigilli sui comunis vel sigillo alicujus autentice persone alterius vel per aliam aliquam legitimam probationem.

[a] *Eine Art Chrismon.*
[b] *Vorlage:* inspectures.

Digitized by Google

Et si aliqua ablata fuerint alicui transeunti per terram nostram ab aliquo homine nostro vel veniente ex[a] alieno districtu in terram nostram vel posse nostrum, promittimus et tenemur per stipulationem legitimam ablata restituere et damnum passo infra quadraginta dies, postquam inde fuerimus requisiti. Et si extra posse nostrum facta fuerit robaria, promittimus et tenemur dare operam et juvamen pro posse nostro bona fide, quod ablata restituantur illi vel illis, quos damnum aliquod interesset. Et si aliquis victuralis pignori obligaverit seu pignus dederit alicui in terra vel districtu nostro cargiam aliquam vel torsellum seu aliquas alias res alicujus mercatoris, promittimus et tenemur, quod ea, que sic pignori fuerint obligata, reddi et deliberari faciamus sine dilatione illi vel illis, ad quos pertinebunt, sine eo quod propter ea aliquid solvere teneantur. Dedimus etiam atque damus eisdem mercatoribus et omnibus aliis mercatoribus transeuntibus per terram nostram, quod ipsi et res eorum non possint vel debeant impediri vel arrestari pro aliquo facto vel malefitio seu pro aliqua robaria, quod fiat vel committatur hinc in antea ab aliquibus personis ultra montes vel alibi, nisi fuerint spetialiter de loco seu civitate vel districtu, de quo vel de qua essent illi, qui factum illud fecissent vel robariam sive malefitium commisissent. Promittimus etiam et tenemur aptari facere et aptatas tenere stratas seu vias et pontes per totam terram nostram, ita quod euntes et redeuntes per terram nostram possint ire et redire salvi et libere, ita quod propter ea nichil dare vel solvere teneantur aut cogantur, salvis tamen et integris manentibus pedagiis terre nostre, que capi debuerint. Et volumus et concedimus, quod omnes mercatores Romani, Lombardi, Toscani et Provintiales sint quieti et absoluti de cetero et in perpetuum ab omni petitione et gravamine et injuria, qua nobis vel nostris militibus aut hominibus nostre terre abhinc retro ab aliquibus personis Romanis, Lombardis, Tuscanis et Provincialibus[b], sicut ipsos et bona ipsorum ex ipsis omnibus modis quietamus et volumus et concedimus, quod illi de civitate de loco vel districtu, quibus injuria facta esset, quod Deus advertat, ab aliquibus terre nostre, possint ire et redire atque transire per terram nostram secure per dies XL, postquam denuntiaverimus vel denuntiari fecerimus eisdem mercatoribus, quod nollemus eos amplius per terram nostram transire. Promittimus etiam, quod non impediamus nec impediri faciamus vel permittamus aliquem de dictis mercatoribus vel aliquem mercatorem transeuntum pro aliquo debito, quod debeat alicui homini pro posse nostro

[a] *Diese beiden Worte sind von mir ergänzt.*

[b] *Ich habe diese verderbte Stelle in den Text aufgenommen wie sie überliefert ist. Es ist wohl zu lesen* »quae nobis« *statt* »qua nobis« *und hinter* Provincialibus *einzuschieben*: »competunt vel competere videbantur«, *wie die Phrase häufiger lautet.*

Digitized by Google

vel alicui alteri persone, nisi ille, a quo debitum peteretur, esset debitor principalis de illo debito. Ad hec firmiter adimplenda omnia bona terre nostre ipsis mercatoribus pignori obligamus et volumus, quod iste littere durent et robur obtineant per duos menses postquam denuntiassemus vel denuntiari fecissemus rectoribus dictorum mercatorum, quod ipsos mercatores vel res eorum nollemus amplius conducere vel eundare. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Lucerie anno domini MCCLXXXXVIIII° feria tertia proxima post dominicam qua cantatur Letare Jerusalem.

Actum Mediolani in palatio veteri comunis Mediolani. Interfuerunt testes Landelmus filius quondam domini Petri Pasqualis et Miranus filius domini Ladenate Biffi et Perrinus filius quondam Andree Billii omnes civitatis Mediolani.

In cujus rei testimonium sigillum domini guardiani fratrum ordinis Minorum Mediolani est appensum.

Notarszeichen. Ego predictus Ingrisius filius quondam Jacobi de Dotto civitatis Mediolani porte Cumane contrate sancti Thome notarius autenticavi et insinuavi, ut supra, et tradidi et scripsi.

Perg. Orig. mit einem spitzovalen Siegel, untere Hälfte erhalten, von der Umschrift zu lesen: CONVENT . . . EDI, *also wohl das Siegel des Minoritenklosters.*

Mittelalterl. Archivnotiz: »privilegium domini . . comitis Ferrete.«

**3. Friedrich IV. Herzog von Lothringen giebt den Kaufleuten von Mailand einen Geleitsbrief. Säckingen 1321 Juni 28.*

Nos Fridericus dux et marchio Lottringie. Notum facimus omnibus presentis litteris[a] inspecturis, quod nos recepimus et retinemus omnes et singulos mercatores et homines Mediolani et ceteros mercatores universitatis et societatis mercatorum Mediolani sub salva protectione custodia et conductu nostro de monte qui dicitur Virst donec ad opidum Novi Castri et ultra ad primam villam, ita quod secure possint ire et redire et stare libere et absolute per totam terram dominium et posse nostrum, solvendo tamen debita et consueta et antiqua pedagia et non plus, cum eorum familiis et mercaturis et rebus eorum; ita quod non impediantur vel disturbentur in personis vel rebus suis ab aliqua[b] persona vel personis de terra nostra vel aliena nec ab aliquibus personis feudatoriis a nobis de die nec de nocte in strata publica vel extra stratam publicam aliqua de causa vel facto cum guerra vel sine guerra vel per aliquos

[a] sic.

[b] *Diese beiden Worte sind irrig doppelt gesetzt.*

Digitized by Google

homines aliquorum hominum terre nostre vel aliene captorum vel detentorum seu injuriatorum vel mortuorum et qui capti erant vel detenti vel qui de cetero caperentur vel detinerentur nec per alios dicta occaxione nec occasione alieni persone, que dicere vellet stetisse vel que de cetero staret ad stipendium comunis Mediolani vel que dicere vellet ei aliquam injuriam fore factam vel que de cetero fieret per commune et homines Mediolani vel per aliquod[a] aliud commune terrarum Lombardie vel per homines dictarum terrarum in aliqua parte terrarum Lombardie vel aliquarum aliarum partium et ei non fore solutum et satisfactum de stipendio sibi conventato vel de aliquibus aliis promissis vel conventatis vel pro aliquo dampno facto vel faciendo per commune et dominium Mediolani et homines Mediolani vel per aliquam aliam personam collegium vel universitatem vel alia quavis causa vel racione vel pro aliquibus repressaliis contracambiis et concessionibus concessis vel de cetero concedendis ullo tempore in partibus predicti dicti conductus et guidagii nec occasione alieni facti quod factum esset alicui Teutonico vel alicui alteri persone ad partes imperii vel alibi nec pro aliqua causa possit detineri impediri vel disturbari, nisi personaliter delinqueret in terra nostra, et ille solum puniatur et possit detineri qui personaliter delinqueret. Et propter hoc bona que duceret suis sociis et nunciis deliberabuntur vel nisi esset specialis debitor vel fidejussor in terra nostra specialiter obligatus. Et aliqua persona non prestabit super carrigas[b] vel torsellos factos nec disfactos alicui victurali vel carratono aliquam sumam pecuniarum. Et ille qui prestabit, restituere teneatur torsellos et carrigas quas pignori recepisset sine aliquo pretio recipiendo a mercatore[c] vel mercatoribus cui essent tales carrete vel torselli vel eorum nuntiis. Et generaliter volumus, quod tractentur in pedagiis, non permittemus, quod accipiatur plus uni quam alteri. Et si alicui ex predictis mercatoribus in terra dominio et posse nostro aliqua offensio facta fuerit in caminis vel extra caminum vel eorum nunciis seu rebus in terra vel in aqua per aliquem predatorem vel predatores offensorem vel offensores tam publicos quam alios quacumque de causa, illi vel illis cui dampnum erit datum faciemus emendari de offensione et dato dampno infra quadraginta dies postquam querimonia vel lamentatio fuerit nobis vel balivo seu nuntio nostro, et de dampno dato et de rebus ablatis instabimus sacramento illius vel sui nuntii cui res ablate essent et dampnum sustinuisset. Nec permittemus quod alicui mercatori aliquod pedagium auferatur de equo vel equis, quem vel quibus pro suo usu vel sui nuntii equitando ducerent, nec de rebus, quas retro

---

[a] *Vorlage:* aliquos.
[b] *Vorlage:* corrigas.
[c] *Vorlage:* mercatori.

Digitized by Google

se portaret. Et si aliquis ex dictis mercatoribus in terra nostra vel posse nostro testatus vel intestatus decederet, in rebus suis non permittemus alicui aliquod jus reclamare, sed suis heredibus vel sociis seu rectoribus dicte universitatis vel sui nuntii ad hoc cum patentibus litteris dicte societatis mercatorum Mediolani destinati pacifice deliberabuntur. Promittimus, quod si aliqua mala torta vel prave consuetudines dictis mercatoribus auferentur, ipsas cassamus et irritamus ex nunc prout ex tunc. Volumus etiam et concedimus ad supplicaciones universitatis dictorum mercatorum et hominum Mediolani, quod lane, que portantur de Francia in Lombardiam, solvant tantum medium pedagium, quod solvunt drapparie, et non plus quod consueverunt per Burgundiam et Sabaudiam et per Valoxiam. Et caminum faciemus teneri aptatum et paratum, ita quod equi et muli et carrete cum mercaturis eorum poterunt transire nichil eis auferendo nisi debita et consueta pedagia sicut dictum est. Item promittimus quod non permittemus aliqam personam civitatis vel comitatus Mediolani vel nuncios vel factores eorum ullo modo capi et detineri nec aliter mollestari in personis nec rebus eundo et redeundo et stando et morando per illas partes occasione imposicionis et exactionis alicujus pedagii vel data impositi vel quod de cetero imponeretur in civitate vel comitatu Mediolani vel in aliqua alia parte terrarum Lombardie vel alibi. Item promittimus, quod si casus accideret, quod per commune Mediolani vel per aliquod aliud commune terrarum Lombardie darentur seu concederentur laudes seu repressalie contra homines terrarum nostrarum pro aliquo defectu seu aliqua causa illarum terrarum seu aliquorum hominum illarum terrarum, quod propter hoc homines Mediolani et districtus nuntios vel factores eorum non permittemus illam occasionem in personis mercadantiis et rebus ullo modo impediri nec aliter molestari. Et quod occasionarum illarum rerum aliarum nec occasionem[a] aliquorum injuriorum que aliqui homines terrarum nostrarum nec aliquarum aliarum partium, quod non permittemus, homines Mediolani et districtus ullo modo impediri nec aliter molestari in personis nec rebus nec in terris nec in jurisdictionibus nostris. In quorum omnium evidens testimonium atque robur sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum.

Datum in Sekkingen. Anno domini MCCCXXI in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Perg. Or. Siegel abgefallen.

Unzweifelhaft ist das Konzept von Mailändern aufgesetzt worden, die Schrift ist aber deutsch, wie auch das Pergament.

---

[a] sic.

Digitized by Google

**4. Die Stadt Neufchâteau in Lothringen verspricht der Gesellschaft lombardischer Kaufleute sichere Unterkunft in ihrer Stadt. 1321 Juli 22.*

Magne discretionis [ac] providencie viro domino Francisco de Garbaniaco jurisperito capitaneo societatis mercatorum Lombardie major ... et tota communitas Novi Castri in Lothoringia quicquid possunt honoris reverencie et servicii cum salute. Tenore presentium vobis innotescat, quod nobis placet et ita volumus, quod mercatores Lombardie cum suis mercaturis .... ad Novum Castrum veniant, mercationes suas ibi faciant et in dicta villa resideant securi a nobis et ab omnibus burgensibus ville, quam diu domini nostri, sub quorum protectione sumus, conductum terrarum suarum tenere et custodire voluerint, quia conductus ad nos non pertinent extra villam Novi Castri et dictis mercatoribus consilium prebere vollemus in villa Novi Castri et favorem. Valete. Datum sub sigillo nostre comunitatis anno domini MCCC vicesimo primo, vicesima secunda die mensis Julii.

Perg. Or. In einer der Bruchfalten war die Urkunde auseinandergerissen, wobei einige Buchstaben völlig unkenntlich wurden.
Vom Siegel ein Bruchstück erhalten.

**5. Vertrag zwischen der Gemeinde Bellinzona und der Kaufmannschaft von Mailand über den Transport der Waren Mailänder Kaufleute von Bellinzona nach Magino (Magadino?). 1346 Nov. 10.*

In nomine domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sesto, indictione quintadecima, die Veneris decimo mensis Novembris. Cum per comune et homines burgi de Birinzona sive ipsorum nuncios exigerentur a mercatoribus Mediolani pro langura carrigio sive conductu mercantiarum et rerum mercatorum et hominum Mediolani a dicto burgo ad locum de Magino imperiales octo pro quolibet rubbo cujuslibet mercantie, de quibus denariis donabantur per ipsos comune et homines Birinzone predictis mercatoribus soldi decem et denarii sex tertiolorum pro quolibet plaustro, et pro parte dictorum mercatorum exhibita foret petitio magnifico domino domino Luchino Vicecomite Mediolani etc domino generali et per prefatum dominum Mediolani transmisse forent littere Georgio Vincimale peticionem ipsam continentes inclusam, et deinde per dictum Georgium scriptum fuerit premissis comuni et hominibus Birinzone super materia premissorum et prenominati comune et homines Birinzone, volentes contenta in ipsis litteris adimplere et defferre utilitati et comuni comodo predictorum mercatorum ac comunis et hominum ut asseritur, constituerint eorum comunis et hominum sindicos et procuratores ad infrascripta et alia facienda, ut dicitur constare publico

Digitized by Google

instrumento sindicatus tradito predictis anno indictione die Veneris tertio hujus mensis Novembris per Johannem Sescalcum notarium Cumanum et scribam comunis Birinzone, Leoninum de Carrona et Bartholomeum de Rugura ambos de dicto burgo et utrumque eorum in solidum: Modo predicti Leoninus et Bartholomeus sindici et procuratores et sindicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum ac singularum personarum ipsius burgi pro parte una et dominus Franciscus de Gerenzano sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine abbatum comunitatis et universitatis mercatorum predictorum Mediolani ad infrascripta facienda, ut asseritur constare publico instrumento sindicatus tradito suprascriptis anno indictione die Jovis VIIII° hujus mensis Novembris per Varentolum Collionium notarium Mediolani, ex altera, unanimiter et concorditer pervenerunt ad infradicta pacta et conventiones per utram dictarum partium predictis nominibus perpetuo inviolabiliter observandas, salvis ante omnia mandato voluntate et beneplacito magnifici domini memorati.

Imprimis quod predicti Leoninus et Bartholomeus sindicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum et singularum personarum dicti burgi Birinzone et uterque ipsorum dictis nominibus [et per eos] ipsi comune homines et singulares persone dicti burgi et item ipsi [comune et] homines et singulares persone teneantur et debeant conducere seu conduci facere omnes et singulas mercantias [et] res mercatorum et hominum Mediolani que conducentur a dicto burgo Birinzone ad . . . . . zeu locum de Magino pro repositura dictarum mercantiarum et rerum infra tres dies proxime futuros, postquam ipsae mercantie et res conducte et consignate fuerint in dicto burgo Birinzona, et ille vel [illi], cujus vel quorum fuerint ipse mercancie et res, aut cond[uctores] earum solverit vel solverint comuni burgi de Birinzona [vel ejus nuncio] prout inferius declaratur et hoc dampnis et expensis ipsius [comunis] et hominum Birinzone et sine dampnis et expensis ipsorum mercatorum et hominum Mediolani et cujuslibet eorum et conductorum eorumdem. Item quod predictus Franciscus de Gerenzano sindicus et sindicario nomine [ipsorum] abbatum comunitatis et universitatis mercatorum et hominum Mediolani et cujuslibet eorum et per ipsum sindicum et procuratorem dicti [abbatis] comunitas et universitas ipsorum mercatorum dare et solvere teneantur et debeant dictis comuni et hominibus dicti burgi Birinzone pro victura et longura, conductu et repositione dictarum mercantiarum et rerum conducendarum ut supra videlicet a dicto burgo Birinzone ad dictum locum de Magino ad computum denariorum novem pro quolibet rubo dictarum omnium mercantiarum et rerum, existente tamen dicto rubbo ponderis consueti burgi predicti. Et quod predicti comune homines et singulares persone predicti burgi teneantur et debeant dimittere et donare

Digitized by Google

mercatoribus et hominibus predictis Mediolani et eorum nunciis illum dimidium rubbum, quem ipsi comune et homines dimittere et donare solebant, et ultra hoc dimittere et donare mercatoribus et hominibus ipsis Mediolani rubum unum, quod ascendit in soma rubbum unum et dimidium pro qualibet balla dictarum mercantiarum et rerum. Item quod dictus Franciscus de Gerenzano sindicario nomine quo supra et per ipsum dicti abbates communitas mercatorum et homines Mediolani nec aliquis eorum vel alter ipsorum nomine possint nec debeant dictas eorum vel alicujus eorum mercancias et res conducere nec conduci facere a dicta terra Bilinzone ad ipsum locum de Magino per aliquas alias personas quam per predictos homines terrae de Bilinzona, et si contrafacerent, quod ipsi mercatores et homines Mediolani teneantur et debeant solvere dicto comuni Bilinzone seu ejus nuncio pro ipso comuni recipienti dictos denarios novem tertiolorum pro quolibet rubbo, quemadmodum ipse mercantie et res conducte fuissent per homines Bilinzone et consignate ad dictum locum de Magino, salvo tamen et reservato et per pactum apposito per et inter dictas partes, quod si dicti comune et homines Bilinzone non conduxerint et non consignaverint seu conduci et consignari fecerint dictas mercantias et res ut supra et infra dictum terminum, quod tunc liceat ipsis mercatoribus et hominibus Mediolani et cuilibet eorum et cuilibet et quibuslibet, quorum vel cujus fuerint ipse mercantie res, et eorum nuntiis eas mercantias et res ut premittitur non conductas conducere seu conduci et consignari facere a dicta terra Bilinzone ad ipsum locum de Magino per quascumque alias personas, quas voluerint et melius placuerit eisdem, absque aliqua solutione fienda de ipsis mercantiis et rebus comuni et hominibus Bilinzone. In quorum testimonium et [robur] ac ad eternam rei memoriam premise partes et quelibet earum hec pacta convenciones sigillorum ipsorum comunis et hominum Birinzone et abbatum ac communitatis mercatorum Mediolani appensionibus evidentius communiri fecerunt.

Perg. Or. hie und da beschädigt. Die Siegel abgefallen.

**6. Heinrich und Theobald von Faucogney geben den Kaufleuten der italienischen Gesellschaft (Lombardei, Toscana, Venedig und Genua) einen Geleits- und Schutzbrief für den Verkehr durch ihre Lande. Metz 1347.*

Je Henris de Faucoigney vicontes de Vessour et je Thiebaulz de Faucoigney freires et signours de chastelz Lambert faissons savoir et cognissant a tous ceaulz qui ces presentes lettres verront et oiront, que nous avons pris et recevons en notre salve protection garde et conduit

Digitized by Google

tous et chascun marcheans et hommes de Lombardie de Tosquenne de Venisse et de Gennes et tous aultres marcheans de l'universiteit et de la compaignie des marcheans des leus dessus dis, enci quil peussent seurement et franchement alleir et revenir et esteir pour toute nostre terre nostre signoraige et nostre pooir avec lor maniees lor marcheandies et lor choses, en paiant toute voies pour chascune balle de laine quil moinroient uns boins viez gros tournois de paiaige et nom plus, le queil paiaige il doient et doueront paiere a nostre comandement qui depaiet nous seroit au tillat (sic): en teil maniere que se nulz des dis marcheans ou de lor maniees[a] pessement par mey nostre dicte terre nostre signoraige et nostre pooir sens lou paiaige que denant est dit paieir au tillat (sic) ensi comme dit est, eilz qui le dit paiaige naueroit paieit au tillat ensi comme dit est, seroit a nous tenus et nous doit et douerait paieir la somme de sexante solz de boins petis tournois d amande pour la raison dou dit paiaige quil aueroit laixiet a paier au tillat enci comme dessus est dit. Et par mey ceu nous les douons gardeir et garderons enci quil ne soient ne puissent estre empechies ne destorbeis en lor persones ne en lor biens par aucune persone une ou plusseurs de nostre terre ou d'autre ou d'aucuns de noz gens subgis ou autrez gens queilz quil fuissent de jour ne de nuit en chamin commun ou fuers de chamin commun pour aucune cause ou fait, a guerre ou sens guerre pris ou detenus ou iniuriez ou mors. Et qui estoient pris ou detenus, et que dez ores en avant le seroient, ne par aultres en queileunques maniere que ce soit et puist estre, ne pour occoison d'aleune persone que dire venoit quelle eut demoureit, ou que de ci en avant demourroit az solz des villes de Lombardie et des altres villes dessus nomees ou que voiroit dire aucune iniure li ait esteit faite ou dez ores en avant li seroit faite par lez homes dez villes dessus dites ou par aueuns altres dez terres de Lombardie ou par aueuns dez homes dez dites terres en aucune partie dez dictes terres de Lombardie ou d'aueunes altres parties et que om ne l'ait mies paieit et satisfait dez solz que li estoient convenancees ou d'aucunes altres promesses ou convenances ou pour aueuns damaiges fais ou a faire par lez signours et les homes des terres de Lombardie et dez villes dessus dictes ou par alcune altre persone college ou universiteit ou pour altre queilcunque cause ou raison ou par aucune represailles contre chainge et otrois donneis et a donneir dez or en avant en queileunques tempz en partie dou dit conduit ne pour occoison de alcun fait, que fait seroit a alcune gens em parties de l'empire ou aillours, ne pour aleune cause ne puissent estre detenus empeschies ne destourbeis, se personeilment ne meffaixoient en nostre terre; et cilz tant soulement soit punis et puist

[a] *Fehlt das Verbum, wahrscheinlich:* »font«.

Digitized by Google

estre detenus que parsoneilment y mefferoit. Et pour ceu les biens que il moinroit seront delivreiz a cez compaignons et varles, ou cil n'estoit especiaulz debtres ou pleges en nostre terre espacialment. Et aucune persone ne presterait a aucun voiturier ou cherreton somme d'argent sur cherretes ne sus torcelz fais ou deffais. Es cilz que y presterait soit tenus de randre les tourcelz et cherrettes quil aueroit pris aulbaige[a] senz receveir aucun preix des marchans un ou plusseurs a cuy seroyent teilles cherretes et tourcelz ou de lor maniees. Et se on fait en nostre terre en nostre signoraige et en nostre pooir a aucun dez dis marcheans ou a lour maniees ou a lor choses aucune offence en terre ou en yolbe par aucuns robours ou malle gens tant publiques com altres par quelcunques cause, nous le ferons amendair a celuy un ou plusseurs cuy li damaiges serait donneis de l'offence et dou damaige doneit dedenz quairante jours apres ceu que li plain [seroit][b] venus a nous ou a ciaulz qui en leu de nous ou pour nous seroient; et steirons dou damage donneit et des choses ostees au sairement de celuy ou de son messaigier a cuy les choses seroient ostees, et que lou damaige averoit soustenut. Et ne soufferions mies que onz ostet a aucuns marcheans aucun paiaige de ces chivalz un ou pluxeurs que il moinroit en chivalchant por son usaige ou de son varlet ne des choses que il pourteroient darrier eulz. Et se aucuns dez dis mercheans en nostre terre ou en nostre pooir moroit a testalment ou sens testalment nous ne soufferons mies a acuns de reclameir droit en la sienne chose, maix seront paisibliment ces choses delivrees a ces hoirs ou as ces compaignons ou as mercheans gouvernours de la dicte universiteit ou a lor messaigiers qui ad ceu seront anvoieis a tout letrez ouvertes de la dicte compaignie des dis mercheans de Lombardie et des villes dessus dites. Et promettons que se alcune malle tote ou mauaise costumes sont allevees as dis marcheans, nous les osterons et ycelles nous les quassons dez maintenant. Et voulons auci et otrions a la supplication de l'universiteit des diz mercheans et des hommes de Lombardie et dez villes dessus nommees que les leunes (sic), que on aportet dou royame de France, paieent (sic) auci le paiaige en la maniere quil est si dezous dit et devizeit et non plux. Et ferons tenir le chamin apparilliet ensi que li chivalz et les mules et les cherretes et les mercheandies y porront passeir, nen a lor osterrait on mais les paiaigez enci comme il est si dessus dit et deviseit. Et promettons ancor que nous ne sufferons aucune persone de Lombardie ne des leus dessus dis ou lor messaiges ou factours estre pris en alcune maniere ou detenus ne estre en altre maniere molesteis en persones ou en biens en allant retournant estant et demorant en celles

[a] aulbaige = a gage = pignori.
[b] *Das Pergament ist hier zerstört.*

Digitized by Google

parties pour occoison d'imposicion et exaction d'aucun paiaige que on ait mis ou metteroit dez ores en avant en Lombardie ou enz villes dessus nommees ou aillours. Et promettons ancor que ce cais avenoit que par aucun dou commun dez terres de Lombardie ou des villes dessus dites estoient donnees ou otroieies laudes ou represeiles contre les hommes de nos terres pour aucun deffalt ou aleune cause de eelles terres ou d'aucuns hommes de eelles terres, que pour ceu les hommes de Lombardie des villes dessus nommees et dou destroit, lour messaigiers et lour factours nous ne soufferrons estre par celle oecoison en nulle maniere empechies en lor persones lor mercheandies et lor biens ne altrement molesteis. Et que pour occoison de dictes choses et d'aultres ne d'aucunes iniures que soient faites a aueuns hommes de noz terres ne d'aueunes altres parties, nous ne soufferons les hommes de Lombardie dez villes dezous dictes et dou destroit [estre] empeschies en aueune maniere ne altrement molesteis en persones ne ens biens ne en nos terres ni en nos iurisdictions. Et e'il auenoit que aucune iniure daimaige roberie ou offence fuist faite a aueun mercheans ou factour ou conduisour de balles ou d'aucunes negociacions des marcheans ou des hommes de Lombardie et dez villes dessus nommees ou aueune partie dez terres dez signours qui ont le condut dou dit chamin ou d'aucun dous, et cilz que l'iniure damaige offence ou roberie aueroit fait alloit pour habiteir en aleune partie des dictes terres dez dessus diz signours ou d'aucun d'eus, cilz en euy terre destroit ou condut teilz robeires ou mal faeteires stairoit ne le daueroit point receepteir ne luy donneir ayde ne favour par queilque maniere enging ou autre queilcunque eause, mais seroit tenus de luy dechessier ou panre ou faire panre et de luy faire justice et raison en sa persone ou en ces biens silont la qualiteit dou crime ou du damaige offence roberie ou iniure, et de ce eroire a la soule parolle et sairment de celuy que le damaige iniure et offence aueroit souffert. Et quant a toutes les choses dessus dictes a tenir fermement, nous Henris de Faucoigney et Thiebaulz freires, signours de chastelz Lambert dessus dis en avons obligiet et obligeons tous nos biens moiblez et non moibles presens et advenir par tout ou qu'il soient et queilz quil soient et poiront estre troueis pour tout faire et pour tout panre. Et tout enci comme si dezous est devis l'avons nous cranceit et promis a faire et a tenir fermemeint sens nulz deffalt par nos fois corporelment donnees et fieneiees en leu de sairement fais. En testimoignaige de veritait et pour les choses dessus seriptes estre plus fermes et plus estaubles, nous avons mis nos propres saielz pendant en ces presentes lettres. Le queilles furent faites et donnees en la citeit de Mes l'an de graice nostre signour mil trois eens quarante et sept.

Perg. Or. ohne Spuren des Siegels. Als Vorlage diente teilweise nr. 3: 11, 16—12, 8 = 5, 32—6, 26. 12, 8—29 = 6, 28—7, 7. 12, 29—33 vgl. 7, 8—12. 12, 33—13, 15 = 7, 12—32.

Digitized by Google

**7. Geleitsbrief des Grafen Walram von Zweibrücken für die Kaufleute von Mailand. 1350 Mai 30.*

Nos Walramus comes Geminipontis notum facimus universis, quod nos dilectos nobis in Christo omnes et singulos mercatores et homines de Mediolano et de societate mercatorum Mediolanensium recipimus in salva custodia nostra et securo conductu per totam terram nostram atque dominium absque aliqua violentia aut injuria eis inferenda a nobis et nostris subditis marescallis balivis prepositis scultetis villicis aut aliis officiariis quibuscumque, volentes et in hoc expresse consentientes, quod ipsi omnes et singuli incedere possint ire reverti et morari per totam terram nostram et omnes districtus nostros cum suis mercationibus equis familiis et bonis aliis pacifice et secure absque aliquo pedagio seu servitute nisi tantum teloneis et winagiis debitis et consuetis ab antiquo. Preterea si aliqui stipendiarii dudum in Lombardia vel quicumque alii a prefatis mercatoribus vel eorum aliquibus repeterint aliqua stipendia vel alia debita, nolumus quod illud teneantur ipsi mercatores respondere nec compelli ad eadem solvenda in toto vel in parte, sed volumus, quod gaudeant libertate et omni francisia quemadmodum nostri homines et burgenses. Hinc est eciam, quod vobis omnibus et singulis nostris officiatis et subditis predictis et aliis quibuscumque tenore presentium damus in mandatis, quatenus prefatos mercatores eorumque socios et familias ab omnibus injuriis et oppressionibus conservetis et defendatis et eisdem assistatis in omnibus suis negociis tamquam nostris hominibus et burgensibus, omnibus fraude et dolo cessantibus et exclusis. In quorum testimonium hiis litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Datae in prima dominica post octabam Penthecostis, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Perg. Or. Vom Siegel ein Bruchstück.
Mittelalterl. Archivvermerk: Comit. Gemipont.

**8. Die Mailänder Kaufmannschaft bittet König Karl IV. die von ihm befohlene Sperre der Mailänder Kaufleute aufzuheben. Kurz vor 1355 Januar 4.*

Illustrissime majestati vestre supplicant humiliter ejusdem majestatis fideles et devoti . . mercatores et tota communitas mercatorum Mediolani, ut cum vestre serenitatis intersit justa et vestro honori convenientia postulantibus benigniter annuere, cumque vigore litterarum majestatis predicte tunc ut dicitur innuentis dominum Johannem de Vicecomitibus olim Mediolani archiepiscopum Mediolanensem contra eandem et imperium

Digitized by Google

temere rebellare, dominis Ludovico comiti Novicastri et Johanni ejus nato ac domino comiti de Otingen necnon illis de Monacis Baxilee per eandem majestatem ut dicitur indultarum ac omnibus et singulis suis et ejusdem imperii fidellibus dirrectarum nec non proclamationum ex parte ipsius majestatis in Alamania factarum, nonnulli ex mercatoribus antedictis fuerint in Alamanie et Burgondie partibus graviter molestati ac eorundem mercadantiis et rebus depredati et verisimiliter timentes, ne consimiles molestie eisdem mercatoribus inferantur in partibus ipsis ac nonnulis aliis partibus vestre celsitudini et imperio suppositis accedere vel conversari minime presumant, causaque ob quam visi fuistis dictas credere litteras et dictas fieri facere proclamationes totaliter sit extincta, maxime propter prefati domini olim archiepiscopi mortis eventum ac nobilium dominorum Mathey, Bernabonis et Galeazi fratrum Vicecomitum sinceram fidelitatem, quam erga vestri serenitatem et imperium evidenter habere noscuntur. Dignemini igitur de solita benignitate litteras et proclamationes prelibatas ac omnia et singula facta ac proinde subsecuta totaliter revocare et anullare ac mercatoribus antedictis necnon omnibus aliis et singulis jurisdictioni prefatorum dominorum Mathei Bernabonis et Galeazi suppositis de vestre securitatis presidio favorabiliter impertiri, prefatis quoque dominis Ludovico et Johanni ejus filio ac domino comitti de Otingen et illis de Monacis Baxilee ac omnibus aliis et singulis vestre celsitudini et imperio subjectis dantes districtius in mandatis, quatenus sub vestre indignationis pena mercatores predictos vel aliquos alios jurisdictioni antedicte suppositos vel aliquem seu aliquos ex ipsis realiter vel personaliter aut aliquo alio modo impedire vel molestare nullatenus presumant, sed eis cum ipsorum mercantiis et rebus de securo itinere et conductu sicut solito provideant dictasque mercantias et res mercatoribus premissis, ut premittitur, depredatas vel quomodolibet detentas si extant et, si non extant, valorem ipsarum eisdem mercatoribus indilate restituant, proclamationesque predictis aliis proclamationibus contrarias in partibus Alamanie predictis ac aliunde, ubi erit opportunum, fieri jubentes de presenti. Rursus vestre majestati memorate prefati mercatores supplicant reverenter, ut cum dictus d. Ludovicus ultra solitum vigore certarum vestrarum litterarum ab ipsa Majestate, ut asserit, per ipsum noviter impetratarum certum a mercatoribus ipsis datium seu pedagium in villa Bellaygne exigere procuret, et ne ipsi vestri mercatores plus solito deterioris sint condicionis, litteres dictas[a] penitus cassare et irritare dignemini, mandantes ipsi domino Ludovico, quatenus in villa predicta vel partibus circumstantibus vigore dictarum litterarum ab ipsis mer-

[a] *Zum Teil zerstört.*

Digitized by Google

catoribus vel ulla alia persona nullum datium vel pedagium exigat vel aliqualiter exigere faciat vel permittat.

Pap. Concept saec. XIV.
Mittelalterliche Archivnotiz: Petita mercatorum Mediolanensium.

**9. Karl IV. hebt den an den Grafen von Neuenburg und seinen Sohn wegen Anhaltens der Mailänder Kaufleute gerichteten Befehl auf, gebietet im Gegenteil sie zu schützen. Mailand 1355 Januar 4.*

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex spectabilibus comiti Novicastri et Johanni ejus filio, nostris et imperii sacri dilectis fidelibus gratiam regiam et omne bonum. Cum nobilis Matheus, Bernabos et Galeacius fratres Vicecomites de Mediolano pro majestati nostra regali vicarii Mediolani etc. nostri et imperii sacri fideles ad obedienciam nostram provida deliberacione redierint et intendant ad nostrum et imperii predicti honorem et statum diligentibus studiis frequenter insistere nosque ad receptionem eorum tanto benignius inclinati simus ex gratia, quanto progenitores ipsorum divo Henrico quondam Romanorum imperatori avo nostro karissimo amplioris fidei constancia placuisse noscuntur, quantoque ipsos et eorum quemlibet ad ea que nostrum et imperii predicti statum et honorem prospiciunt, rite cognoscimus fervencioribus desideriis aspirare, animo deliberato et sano principum baronum et procerum nostrorum accedente consilio omnes et singulas represalias impignorationes et arrestaciones reales et personales, quas contra predictos Vicecomites cives mercatores subditos et inhabitatores terrarum nostrarum in eorum vicariatibus consistentium pridem majestatis nostre fulminavit edictum, seu quas per litteras generales aut speciales universitatibus et communitatibus civitatum et locorum quorumlibet aut singularibus personis indiximus concessimus vel permisimus quoquomodo, auctoritate Romana regia ac de certa nostra scientia ad plenum tollimus, cassamus, irritamus ac tenore presencium penitus anullamus, decernentes easdem represalias, impignoraciones, arrestaciones et litteras obtentas desuper cujuscumque tenoris existant nullas, irritas, vacuas et inanes ab omnibus reputari. Et ideirco fidelitati vestre mandamus et injungimus presentibus seriose, quatenus statim post acceptionem presencium in omnibus civitatibus, castris, opidis et locis quibuslibet vestre jurisdicioni quocumque modo subjectis auctoritate regia proclamari et indici constituatis in publico et omnibus districtius inhiberi, ne de cetero cives subditi mercatores et incole terrarum Mediolani et aliarum similiter, quas predictis Vicecomitibus vicarie titulo regendas commisimus, in personis mercibus et rebus aliis arrestentur, impignorentur, occupentur seu quavis molestia

Digitized by Google

pregraventur per quoscumque homines cujuscumque gradus seu condicionis existant, non obstantibus quibuscumque litteris regalibus obtentis in contrarium, quas sicut premittitur plenissime revocamus, et supra dictis mercatoribus civibus seu personis aliis ablata quevis mandetis restitui vel restituatis in totum ballas mercimoniales et, si quid ipsis vel alteri ipsorum hactenus abstulistis, proviso etiam, quod ipsi et ceteri quicumque viatores pacis amenitate et tranquilla securitate letentur, sub pena gravis indignacionis regie, quam qui secus attemptare presumpserint, se cognoscant graviter incidisse, presencium sub nostro sigillo testimonio litterarum.

Datae Mediolani IIII die mensis Januarii, regnorum nostrorum anno nono.

Perg. Original. Das Siegel war unter dem Texte aufgedrückt.

**10. Die Stadt Basel schreibt der Kaufmannschaft von Mailand, dafs der Ritter Burkhard Münch Repressalien üben will. [Basel 1355] August 29.*

Magne prudencie viris omnique honore dignis . . abbatibus . . sapientibus et communitati mercatorum Mediolani, Cünradus de Berenuels miles magister civium et . . consules civitatis Basiliensis cum omni promptitudine complacendi et voluntate serviendi indefessa. Sicut alias auribus vestris innotuit, quomodo Bartholomeus dictus Baniol de Mediolano strenuo militi domino Burchardo Monachi de Landeskrone seniori, serenissimi principis domini nostri Romanorum imperatoris consuli, in civitate Pisarum abstulit quandam summam pecunie furtive et qualiter ejusdem domini . . imperatoris et dicti militis nuncius in civitate Veneciarum, per quem dictus malefactorum ibidem erat repertus et manualiter propterea detentus, expers juris fuerat derelictus, de quo literas habet fide dignorum patentes; noverit vestra dominatio, quod sepedictus miles dominus Burchardus intendit, mercatores et eorum bona occasione premissorum vexare, molestare pariter et arrestare, quousque de ablatione pretacta et dampnorum suorum sibi fuerit facta recredencia, et de hoc habet consensum et favorem domini nostri imperatoris antedicti, cujus potestas apud nos non est parva, a quo quidem intentu suo ipsum reformare nec retrahere nullo modo scimus nec valemus. Et quia de hiis dolendo tristamur, ideirco honestum virum Cünradum dictum Sintzen hospitem, nostrum burgensem, presencium exhibitorem de intentione militis ejusdem plenius informatum ad vos duximus destinandum, rogantes vestram prudenciam magnam omni serio, quo valemus, quatenus eidem nuntio fidem credulam velit adhibere super dicendis; eisdem[a] vestra

[a] *Grofs geschrieben.*

Digitized by Google

remedia benigne interponentes, ut prefatus miles inquerulus reddatur, et a prelibata mercatorum infestacione cesset inantea et quiescat, in hoc nobis dilectionem exhibebitis specialem, quia timemus, si apud nos eis nullam molestiam moveret, quod saltem in aliis partibus, ubi nulla possibilitas nobis adesset, ipsos molestare curaret. Vestrum responsum nobis dirigatis presencium per latorem in scriptis . . . Datum sabbato post festum beati Bartholomei apostoli.

Auf der Rückseite. Magne prudencie viris omnique honore dignis . . abbatibus . . sapientibus et . . communitati Mediolani.

Perg. Or. Brief, der durch das Siegel der Stadt Basel geschlossen war. Hand der Mitte des 14. Jahrhunderts.

Mittelalterliche Archivnotiz »Basilea«.

**11. Die Mailänder Kaufmannschaft an den Basler Gastwirt Konrad Sinze über den Besuch seines Gasthauses seitens der Mailänder. Mailand 1355 Dezember 14.*

Amice carissime, litteras vestras per Petrum Furigam de Cumis nobis presentatas die nono hujus mensis Decembris datas Basillee die Lune ante festum beatorum Simonis et Jude[1] cum quibusdam aliis litteris in ipsis introclusis vobis ut videbatur destinatis de partibus Flandrie per quosdam nostros mercatores Mediolanenses et per quosdam mercatores de Cumis, datas Brugies in Flandriam die XXVIII Septembris anno Domini MCCCLV, quas vobis presentibus aligatas remitimus, et ea, que idem Petrus vestri parte nobis horetenus expossuit, per singula dilligenter intelleximus et recepimus. Igitur nos considerantes intimam dilectionem, quam semper habuistis mercatoribus et hominibus nostris Mediolanensibus, ac bonum et favorabille conscilium et auxilium, per vos temporibus retroactis dictis mercatoribus illatum, et quod illud idem similiter in futurum per vos fieret, si expedire videretis, multum vobis tenemur ad merita gratiarum. Idcirco respondentes litteris vestris supradictis, vobis per presentes rescribimus, quod nobis placet et sumus contenti, quod mercatores et homines Mediolani et eorum nuntii et factores, quos per ipsam civitatem Basilee cum eorum mercadantiis tam eundo versus Alamaniam quam veniendo in Lombardiam venire contingerit, possint et debeant venire ad hospitandum ad hospitium vestrum, et ipsis sic venientibus et vos eosdem benigne ut speramus tractantes, quod ipsi vobis solvant et solvere debeant tantum quantum actenus solvere consueverint et non plus, dum tamen in aliqua alia parte ejusdem civitatis vel districtus Basilee ulterius aliquid aliud ultra solitum solvere

[1] *Oktober 26.*

Digitized by Google

non compellantur. Hoc enim intelecto, quod nos nec nostri mercatores nec eorum factores nec nuntii ad predicta non sint astricti, nisi donec et quousque de nostra et sua processerit libera voluntate. Et ita tamen etiam, quod commune universitas et homines dicte civitatis Basilee dictis nostris mercatoribus factoribus et hominibus securum transitum per suum districtum exhibeant, quemadmodum exhibuere aut exhibere debuerunt per tempora retroacta[a].

Datae Mediolani, die XIIII° Decembris MCCCLV.

Abbates . . sapientes et comunitas mercatorum Mediolani.

Perg. Konzept, das schon in der Form einer wirklichen Ausfertigung geschrieben wurde.

**12. Ritter Burkhard Münch verpflichtet sich auf den mit den Kaufleuten von Mailand und Como abgeschlossenen Vertrag.*

Basel 1356 März 17.

Noverint universi et singuli presencium inspectores et auditores, quod cum discreti viri Baxinus filius quondam Laurencii de Curreno de Pergamont nuncius . . mercatorum Mediolanensium et Petrus Furiga filius quondam Widini de Cumis nuncius . . mercatorum civitatis Cumarum nomine eorundem mercatorum Mediolanensium et Cumarum confessi sint et per juramenta corporaliter a se prestita promiserint, michi Burghardo Monachi militi de Basilea dare, tradere et assignare ducentos et quinquaginta florenos auri de Florentia bonos et legales usque ad octavam festi Resurrectionis Dominice proxime venturi[1], et nichilominus etiam procurare pro suo posse, quod . . cives vel mercatores Venecie summam pecuniarum michi predicto militi ablatam in Pisis et ad Veneciam delatam sive deportatam michi restituent vel mecum pro eadem componant et super hiis etiam certum condebitorem videlicet Conradum dictum Sintze de Basilea civem et hospitem ibidem in solidum una secum deputarint ac etiam obligaverint, prout hec et alia in instrumento publico desuper confecto plenius continentur: ego prefatus Burghardus Monarchi miles viceversa predictis . . mercatoribus de Mediolano et de Cumis promisi et presentibus promitto bona fide pro me heredibus et adjutoribus meis universis, quod, si iidem . . mercatores civitatum Mediolani et Cumarum michi solverint florenos suprascriptos et fecerint que per dictos suos nuncios ipsorum nomine michi sunt promissa, extunc ipsos . . mercatores

[a] *Es folgt noch der folgende Satz, der aber durchstrichen ist:* »Aliter enim has nostras litteras non fecissemus, sed si contra eas in aliquo fieret in aliquo(!), ipsas pro cassis et nullius valloris esse intendimus.«

[1] *1. Mai.*

Digitized by Google

Mediolani et de Cumis in istis partibus undique pro meo posse debeo defendere et tueri ipsosque mercatores certifico et assecuro, quod ipsos occasione dicte summe pecuniarum, ut premittitur michi ablate, decetero non vexabo vel aliqualiter molestabo, sed illa de causa eos quitto et absolutos de me dico per presentes. Et in casu, ubi ipsi mercatores Mediolani et de Cumis dictam ablatam pecuniam michi restitui procurarent cum dampnis et expensis, quas et que exinde sustinui, vel saltim pignora illorum de Venecia pro eadem summa ablata michi assignarent, quod possem consequi ablata dampna et expensas de quibus premittitur, extunc teneor et promitto presentibus predictis . . mercatoribus de Mediolano et de Cumis restituere cum effectu ducentos et quinquaginta florenos supradictos, si illos michi tradidissent et fecissent, quemadmodum est preseriptum. Et ad hec etiam me et heredes meos obligo firmiter et et astringo. In cujus rei testimonium ego predictus Burghardus Monachi sigillum meum proprium duxi presentibus appendendum. Datum et actum Basilee die Jovis proximo post festum sancti Gregorii de mense Marcio indictione nona anno Domini millesimo CCCL^{mo} sexto.

Perg. Or. Das Siegel abgefallen.

**13. Schreiben des Cuntzmann Sinze, Bürgers von Basel, an die Kaufmannschaft von Mailand und Como betr. die Angelegenheit des Burkhard Münch und die Wiedereinrichtung des Weges durch Lothringen. Basel 1356 Mai 26.*

Honorabilibus sapientibus et discretis dominis . . abbatibus sapientibus et communitati mercatorum Mediolanensium necnon sapientibus communitatis et universitati mercatorum Cumarum Cûntzmannus dictus Sintze civis et hospes Basiliensis quidquid poterit reverencie et honoris cum obsequio fidelissimo ad quevis beneplacita et mandata. Honestati vestre reverende notifico per presentes, quod ego a Basino recepisse me fateor ducentos et octoginta florenos boni ponderis et legalis, de quibus tradidi domino Burkardo Monacho militi ducentos et quinquaginta florenos, item duobus viris viginti florenos, sicut Basino et Petro Furgeyn bene constat, michi quoque ex vestra gracia decem florenos transmisistis, de quibus vobis immensas refero grates. Noveritis etiam quod in XXI[a] die mensis hora nona[a] Maji Basinus fuerat expeditus una cum litteris, quas tunc primo obtinuit a domino Burkardo Monacho milite, quia Basinus antea non poterat expediri propter absentiam ipsius domini Burkardi Monachi, et cum idem dominus Burkardus redisset Basileam, statim in

[a] *Die Bezeichnung der Stunde ist übergeschrieben.*

Digitized by Google

crastino Basinum oportebat equitare cum eo tam ex parte sui quam ex parte vestri, rediit quoque Basinus Basileam XXV[a] die mensis Maji; causam quoque, pro qua ipse equitavit, ipse vobis declarabit oretenus. Scientes etiam quod ego expedivi et totaliter procuravi, quod vos securam viam seu cammynum habere possitis per terram Lotoringiam et per illas partes, sicut vobis scripsi, quod dominus Eberhardus de Wirtemberg comes personaliter fuerat Basilee in domo mea et dominus Burkardus de Vinstingen necnon dominus Theobaldus de Fakuney et alii viri ad dictum negotium pertinentes, insuper specialiter impetravi apud comitem de Bare, quod liberum camminum habere possitis per suam terram, cognoscentes, quod caminus et via predicta per Dei auxilium tam secura vobis erit, si meum sequi volueritis consilium, quod ita secure transibitis, sicut volueritis, cum omnibus rebus personis et mercandiis universis. Set pro talibus negociis et securitate et conductu oportebit vos trecentos florenos condonare exceptis litteris conductoriis et aliis parvis causis, pro quibus aliqualem dabitis pecuniam, attendentes insuper, quod ego pro predictis negotiis et causis expediendis equitando laboravi et expensas feci et amplius me facere oportebit, quam summam expensarum vobis demandabo, cum istud negotium deductum fuerit ad finem. Intelligentes etiam quod littere impetrate a domino Burkardo Monacho cum propinatione facta suo capellano constant quinque florenos, quas litteras Basinus vobis apportabit. Vestram voluntatem et responsionem finalem pro predictis causis michi quanto cicius poteritis demandetis, non expectantes Basinum cum predicta responsione michi facienda, sed quanto celerius poteritis vestram voluntatem michi intimetis, quatinus prefatis dominis de predictis negociis certifice valeam respondere. Valeat vestra reverencia nunc et in eternum cum domino Jesu Christo et valeant cuncti, qui vos valere desiderant et affectant. Scientes etiam, quod ego cum domino Burkardo Monacho taliter ordinavi, quod ipse in omnibus negociis vestram faciet voluntatem.

Datum Basilee XXVI[a] die mensis Maji anno Domini M°CCC°L° sexto hora nona. Scientes eciam, quod advocatus seu balivus provincie potens domini ducis de Austria meam et vestram in omnibus beneplacitis faciet voluntatem, sicut eciam Basinus vobis oretenus explicabit.

Auf der Rückseite: Honorabilibus sapientibus dominis abbatibus et communitati mercatorum Mediolani nec non sapientibus communitatis mercatori[a] Cumarum.

Pap. Or. litera clausa. Vom Siegel kleine Reste.

---

[a] sic.

Digitized by Google

**14. Bernabò Visconti Herr von Mailand an die Stadt Basel über Verhandlungen mit Venedig. Desio 1358 September 10.*

Domino Conrado de Bernules militi magistro civium et consulibus civitatis Basiliensis amicis carissimis.

Amici carissimi. Receptis litteris vestris ac intelectis, que nobis retulit Conradus dictus Sintzen oraculo vive vocis, statim scripsimus domino . . duci Venetiarum et ejus . . conscilio, quanto carius potuimus, prout idem Conradus vobis plenius enarare poterit; parati semper in his et aliis vobis complacere justa[a] posse,

Data Dexii die X Septembris.

Auf der Rückseite: Ex parte domini Bernabonis domini Mediolani MCCCLVIII.

Pap. Konzept in der Form einer Ausfertigung.

**15. Galwan Scherer, Bürger von Luzern, verzichtet gegen eine Abfindungssumme auf die gegen die Kaufleute von Mailand und Como beabsichtigten Repressalien. Luzern 1359 November 20.*

In nomine Domini amen. Ego Gelwanus[b] dictus Scherer civis in Luceria notum facio universis et singulis presentem litteram intuentibus, quod cum ego in districtu et partibus magnifici domini domini Mediolani temporibus retroactis ratione unius equi captivatus fuerim et detentus, cujus captivitatis occasione dampnum sustinui non modicum, pro quo etiam dampno recuperando intendebam mercatores civitatis Mediolani, Cumarum et aliarum civitatum sive oppidorum in Lombardia viceversa spoliare, sed precibus proborum victus sciens et spontanens, non vi, dolo nec metu ductus nec in aliquo circumventus, omne dampnum injurias violencias et offensas michi antedicto Gelwano factas et quovismodo illatas in persona vel rebus pro me et Nicolao filio meo et omnibus meis heredibus voluntarie remitto per presentes, et promitto pro me et meis, quod mercatores de Lombardia, et specialiter de civitatibus Mediolani et Cumarum, nec aliquem ex eis singulariter, vel aliquem seu aliquos ipsorum nomine occasione premissorum in posterum non inpetam vel in causam traham seu aliqualiter molestare sive defraudare presumam verbo vel facto coram quocumque judice ecclesiastico vel seculari in judicio vel extra et contra dictam quitationem seu contra presentem litteram in futurum facere vel venire nec consentire alicui contravenire volenti, et premissa omnia et singula rata habenda ego et dictus Nicolaus filius meus promisimus pro

[a] *Verbessert aus* juxta.

[b] *So ist der Name an den späteren Stellen deutlich zu lesen.*

Digitized by Google

nobis et heredibus nostris in manibus Passini de Pergamo ambassatoris mercatorum Mediolanensium; et in recompensam dicti dampni michi illati, ut premissum est, antedicti mercatores Mediolanenses dederunt michi quadraginta florenos aureos bonos et legales et inposuerunt michi totaliter silentium de petitis, quos scilicet florenos mihi presentibus recognoseo esse solutos et meis usibus fore applicatos. Et pro premissis omnibus firmiter adimplendis ego constituo me et dictum filium meum in manibus antedictorum mercatorum et suorum fidejussorem et debitorem principalem, renuncians in hoc facto omni exceptioni doli mali, vis, metus, in factum actioni, dicte quitacioni rite et legitime non facte, omni deceptioni et circumvencioni, condicioni sine causa et ex injusta erronee et inepte confessioni et contra judicium facte et omnibus aliis exceptionibus juris et facti, quibus posset contra predicta vel subscripta seu presentem litteram in futurum obici modo aliquo vel opponi. Acta sunt hec Lucerie presentibus discretis civis Nicolao de Gundoldingen, Heinrico dicto Hafner, Andrea de Castro sancti Petri, Johannne dicto Slatter[a] et aliis quampluribus testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis. In cujus rei testimonium et evidentiam premissorum ego Gelwanus antedictus sigillum meum proprium pro me et antedicto filio meo et omnibus meis heredibus duxi presentibus appendendum. Datum Lucerie anno Domini M°CCCL nono XX die mensis Novembris. —

Pergament Original. Siegel abgefallen.

**16. Passino von Bergamo berichtet an die Mailänder Kaufmannschaft über Verhandlungen mit den Herzögen von Österreich über Geleitsprivilegien. Basel [1360] Oktober 25.*

In nomine domini amen.

Carissimis dominis meis. Notificho vobis per prexentes, quod Johannes de Valpacht et ego fuimus in tarra[b] Luchutis eum dominis duczibus Austrie et promixit nos dare literam sequutatem, quod omnes marchatores de Lubardie possint seculiter venire et redire eum tota marcantija, quando vadat per drictum caminum silicet per Brucho. Unde mito vos: seculiter veniatis et mitatis robam sechuliter[c]. Predictus Johannes Valpacht ivit Strasburgum et sicius reverterit, faciet ut promixit, quod abeam literam bonam simelam illam dux Lipoldus. Et pro cetero erit caminum securus siehut fuit unquam.

Vester Paxinus de Bergamo.

Datum in Baslie die XXV Octubris.

[a] *Oder* Slacter.

[b] *Vielleicht* tanna *zu lesen.*

[c] *Der erste und zweite Buchstabe sind ergänzt.*

Digitized by Google

Adresse auf der Rückseite: Nobilibus et sapientibus et discretis abatibus et communitatibus marchatorum Mediolani detur.

Pap. Or. Der Brief war durch das Siegel geschlossen, welches keinen Abdruck eines Siegelstempels zeigt. Schrift saec. XIIII.

**17. Herzog Rudolf IV. von Österreich giebt den Mailändischen und sonstigen italienischen Kaufleuten einen Geleitsbrief für die Strafse von Ottmarsheim über den Bötzberg und Brugg nach Luzern.*

Baden im Aargau 1361 März 13.

Nos Rûdolffus quartus dei gratia dux Austrie Styrie et Karinthie, dominus Carniole Marchie ac Portusnaonis, comes in Habspurch in Phirretis et in Kiburch, margrafius Burgogie necnon lantgrafius Alsacie, recognoscimus et fatemur, quod universos et singulos mercatores de Mediolano, Venecîis, Florentia et aliis quibuscumque Lombardie partibus in Otmersheim venientes in nostrum specialem conductum et protectionem ab eodem loco in Otmersheim usque in Basileam recepimus et tenore presentium recipimus cum omnibus rebus et mercimoniis eorundem; volentes firmiter et mandantes, ut advocatus noster in Rynveldia, quicumque ibidem pro tempore fuerit, eos de confinio Basilee similiter pro parte nostra secure conducat versus opidum nostrum in Brugga et de Brugga in Luceriam, sic quod ipsi cum rebus et mercimoniis suis solum vadant per illam stratam, que est ab Octmershein versus Rinveldiam. Et si quis eorum per aliam stratam vadat pro fractore conductus hujusmodi habeatur; et propter dictum conductum de quolibet dextrario, qui per eosdem mercatores ad vendendum ducitur, et de quovis alio equo eorum portante seu vehente pannos lanam vel cetteras cujuscumque generis mercaturas quatuor solidi denariorum Argentinensium usualium, duo videlicet in Otmershein, et duo in Rinveldia cum theloneis antiquis et debitis nobis dentur. Si quis vero de mercatoribus predictis vel servitoribus eorum in hujusmodi conductus nostri terminis captivatus seu rebus et mercibus suis fuerit spoliatus, extunc pecunias, que pro liberatione captivi dantur, obligati sumus eidem solvere et spoliato ablata quelibet rationabiliter resarcire. Si vero in eisdem nostris districtibus gwerras publicas fortassis contingeret exoriri, quarum occasione non possemus eisdem mercatoribus securum prebere conductum, hoc eis ad hospicium fidelis nostri Heinrici Stanner vel quicumque pro tempore minister in Luceria extiterit per litteras nostras intimabimus bona fide. Et si post mensem ab eadem intimacione aliquis eorum captivaretur vel spoliaretur in districtibus memoratis, super hoc ipsis non teneremus in aliquo respondere; et si aliter non placeret nobis de prefato eis ulterius provi-

Digitized by Google

dere conductu, id ad predictum hospitium notificare similiter deberemus. Et si tunc ab eadem notificatione per tres menses aliquis de mercatoribus predictis seu servitoribus eorum captivaretur vel spoliaretur in districtibus memoratis, super eo etiam non essemus eis aliquatenus obligati harum testimonio litterarum. Datae opido nostro Baden Ergogie tercia decima die mensis Marcii anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, etatis nostre anno vicesimo secundo, regiminis vero nostri anno tercio.

Von der Hand des Ausstellers: ✠ Nos vero Rudolfus dux prefatus hanc litteram subscripcione manus proprie roboramus ✠

Perg. Orig. Das Siegel abgefallen.
Kanzleivermerk: »den kôlât brief von dem geleit.«
Archivvermerk: »1361 dux Austrie.«

**18. Siegmund Graf von Thierstein giebt den italienischen Kaufleuten einen Geleitsbrief. Basel 1368 Dezember 22.*

Nos Symundus comes de Tierstein notum facimus tenore presentium universis et singulis quos nosce fuerit opportunum, quod nos animo sano et bona deliberatione prehabitis, discretos et honestos viros omnes et singulos mercatores de terra et civitatibus subscriptis existentes, videlicet de regalibus civitatibus dictis Mediolanum, Veneziis, Florencia et Cumis omnesque mercatores de tota Ytalia cum omnibus bonis eorundem mercatorum et omnes suos simplices servitores et familiares universos tam publice quam occulte in nostras protectiones defensiones et inducias per totam nostram terram et comitatum communiter et divisim recepimus et recipimus in hiis scriptis. Ita tamen quod omnia eorum bedagiia theolonia nec non inducias locis debitis et consuetis sitis per nostram terram et comitatum et ab antiquis temporibus ordinatis expedire et promptuare dando et tribuendo debebunt. Insuper promittimus in hiis scriptis tales mercatores predictarum civitatum et terrarum necnon omnia bona sua familiares et servitores eorundem universos contra personas quascumque omnibus verbis nostris factis et operibus fideliter defendere et gubernare. Tali condicione prehabita, quod si quis eorum personaliter esset alicui obligatus necnon verus proprius et principalis debitor, quod quis poterit literis et municionibus probare et testificare, tales suis creditoribus tenentur et debent satisfacere, nam tales in talibus obligacionibus defendere non obligamus. Si autem quis eorum in hujusmodi viis et itineribus in talibus induciis seu troegiis a personis quibuscumque fuerit captivatus seu bonis et rebus suis privatus seu privaretur in dictis nostris terra et comitatu, quod Deus avertat, talem seu tales totis nostris viribus rebus et corpore tenebimur adjuvare auxiliari et fideliter consulere tali modo et forma, ac si bona ipsa essent nostra seu ad nos dinoscerentur pertinere, quousque

Digitized by Google

talia bona et tales persone sive sint mercatores seu eorum servitores captivi per ipsos detentores penitus in resolutionem et retributionem suorum periculorum et dampnorum fuerit retributum. Nos Symundus comes de Tierstein predictus promittimus omnia supradicta fideliter tenenda bona fide data nomine nostri juramenti omnibus modis et formis, sicut in premissis clausulis declaratum existit. In quorum omnium premissorum evidens testimonium atque fidem presentes litteras nostri sigilli fecimus appensione muniri.

Que acta sunt anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo feria sexta post diem beati Thome apostoli, in civitate Basilea, indictione VI.

Perg. Orig. Siegel abgefallen.

**19. Leopold III., Herzog von Österreich, giebt seinem Landvogt Graf Rudolf von Nidau den Auftrag, auf die Städte Basel und Luzern zu Gunsten der Kaufleute von Mailand einzuwirken und für sicheres Geleit zu sorgen. Mailand 1370 April 5.*

Leopoldus Dei gratia dux Austrie Stirie Karinthie et Carniole, comes Tyrolensis etc. nobili et magnifico Rûdolffo comiti de Nydow consanguineo nostro dilecto per Sueviam Ergogiam et Thurgogiam nostro capitaneo generali ac aliis quibuscumque, qui pro temporibus nostri ibidem capitanii fuerint, gratiam nostram cum plenitudine omnis boni. Constitutis nobis in civitate Mediolanensi accesserunt ad nos discreti viri mercatores civitatis ejusdem et nobis exposuerunt cum querela, quod cives Basilienses et Lucernenses de ipsorum mercemoniis taliam, daciam seu exaccionem de novo impositam tollant et recipiant, ex quo dampnificentur indebite ac graventur, quodque iidem mercatores in nostris terris et districtibus spolientur et molestentur tam in suis mercemoniis quam personis. Et quia predicti mercatores de Mediolano necnon de aliis civitatibus terras et districtus nostros propter gravamina hujusmodi deserunt nec eas cum suis mercemoniis inhabitant et incolunt, quemadmodum hactenus consueverunt, et ob id nos et nostri subditi in illis partibus multiplicia dampna recipimus et dispendia sustinemus: Idcirco fidelitati tue seriose precipimus et mandamus, quatenus ex parte nostra prefatos cives Basilienses et Lucernenses inducas efficaciter, ut pretactam imposicionem novam revocent et relaxent, nec dictos mercatores gravent de cetero ultra exactionem ab antiquis temporibus persolutam, ac nichilominus, quod tu prefatos mercatores ipsorum servitores et famulos eorumque res et mercemonia per territoria et districtus tui capitaneatus constanter et firmiter tuearis nostro nomine et defendas, quod a nullo hominum eis inferatur dampnum aliquod vel jactura, ut beneficio defensionis hujusmodi easdem nostras

Digitized by Google

terras cum suis mercemoniis inhabitare audeant, nos quoque et nostri subditi exinde percipiamus fructus solitos et honores. In hoc exequendo nostre beneplacitum voluntatis.

Datum Mediolani die Veneris ante dominicam Palmarum, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo.

Unter dem Buge: Dominus Dux presentibus Petro de Torberg, Johanne de Liechtenstain et Reinhardo Wêhinger ambobus magistris curie.

Perg. Or. mit dem anhängenden kleinen (wohl Sekret-)siegel des Herzogs.

**20. Der gleiche Auftrag an seinen Landvogt im Breisgau, Markgraf Rudolf VI. von Baden unter Ausschlufs von Luzern. Mailand 1370 April 5.*

Leopoldus Dei gratia dux Austrie Stirie Karinthie et Carniole, comes Tyrolensis etc. nobili et magnifico Rudolffo marchioni de Baden consanguineo nostro carissimo per Brisgogiam nostro capitaneo generali ac aliis quibuscumque, qui pro temporibus nostri ibidem capitanii fuerint, salutem cum plenitudine omnis boni. Constitutis nobis in civitate Mediolanensium accesserunt ad nos discreti viri mercatores civitatis ejusdem et nobis exposuerunt cum querela, quod cives Basilienses de ipsorum mercemoniis taliam, daciam seu exaccionem de novo impositam tollant et recipiant, ex quo dampnificentur indebite ac graventur, quodque iidem mercatores in nostris terris et districtibus spolientur et molestentur tam in suis mercemoniis quam personis. Et quia predicti mercatores de Mediolano necnon de aliis civitatibus terras et districtus nostros propter gravamina hujusmodi deserunt nec eas cum suis mercemoniis inhabitant et incolunt, quemadmodum actenus consueverunt, et ob id nos et nostri subditi in illis partibus multiplicia dampna recipimus et dispendia sustinemus: Idcirco dilectionem tuam seriose requirimus et monemus, quatenus ex parte nostra prefatos cives Basilienses inducas efficaciter, ut pretactam imposicionem novam revocent et relaxent nec dictos mercatores gravent de cetero ultra exaccionem ab antiquis temporibus [per]solutam[a], ac nichilominus quod tu prefatos mercatores ipsorum servitores et famulos eorumque res et mercemonia per territoria et districtus tui capitaneatus constanter et firmiter tuearis nostro nomine et defendas, quod a nullo hominum eis inferatur dampnum aliquod vel jactura, ut beneficio defensionis hujusmodi easdem nostras terras cum suis mercemoniis inhabitare audeant, nos quoque et nostri subditi exinde percipiamus fructus solitos et honores. In hoc exequendo nostre beneplacitum voluntatis. Datum

[a] *Beschädigte Stelle des Originals.*

Digitized by Google

Mediolani die Veneris ante dominicam Palmarum anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo.

Unter dem Buge findet sich schlecht erhalten folgende Unterschrift: Dominus dux presentibus Petro de Torberg, Johanne de Liechtenstain et Wehingero ambobus magistris curie.

Perg. Orig. Die sämtlichen drei Siegel sind abgefallen.

**21. Geleitsbrief des Grafen Rudolf IV. von Habsburg-Laufenburg für die aus dem Gebiete der Visconti stammenden Kaufleute. 1372 Juni 30.*

Nos Rûdolfus comes de Habspurg notum fieri cupimus tenore presentum universis, quod nos . . mercatores de terra et jurisdictione dominorum Mediolani ipsorumque mercatorum nuncios cum suis mercaturis bonis et rebus universis ex convencione inter nos et ipsos habita in nostram bonam et fidelem assecuracionem recepimus, assecuravimus et assecuramus per presentes pro nobis et omnibus nobis subjectis in terra nostri districtus et comitatus de Löffemberg tam in terris quam in aquis per duos annos exnunc proxime et continue affuturos a data presentium computando. Hiis pactis et condictionibus appositis et adjectis, videlicet quod hec presens nostra assecuratio specialiter et precise firma necnon rata ac in suo robore permanere debeat irrevocabiliter per hunc presentem primum annum integre et complete. Verum si et in casu quo nos vel nostri heredes hujusmodi nostram assecuracionem pro secundo anno prelibato revocare vellemus ex causa qualicumque, quod nos eandem revocacionem facere possimus ad spacium duorum mensium ante principium anni secundi annorum duorum prefatorum vel etiam in eodem secundo anno quandocumque nobis placuerit et videbitur expedire; sic profecto, quod nos eandem revocacionem si quam ut sit duxerimus faciendam eisdam mercatoribus preintimare valeamus et demandare in civitatem Basiliensem in hospitium Ballhof et eciam in opidum Lutzerren Constantiense dictum in hospitium dicti Öschibach hospitis ibidem per nostras litteras sigillo nostro sigillatas vel per certos nostros nuncios, duorum mensium spacio previo supradicto. Si vero infra prescriptos duos annos durante dicta assecuratione nec ea adhuc revocata predicti mercatores vel sui nuntii aut eorum aliquis in corporibus suis vel in rebus infra dictum nostrum districtum et comitatum invasi fuerint vel dampnificati per quoscumque in terra vel in aquis modo qualicumque, ad rehabendum hujusmodi bona et res invasas et quod eis de et super hujusmodi invasione satisfiat, nos et nostri omnem nostram diligentiam et posse nostrum adhibere debeamus et promittimus adeo fideliter et diligenter,

Digitized by Google

ac si hoc nos et nostros nostraque et nostrorum propria negocia tangeret et concerneret sine dolo necnon fraude. Hoc etiam apposito et adjecto, quod si infra dictum annum secundum prefati mercatores a premissa convencione et assecuratione recedere voluerint nec amplius persistere in eisdem, extunc pari modo iidem mercatores ante principium dicti secundi anni ad spatium duorum mensium nobis hoc per suas litteras vel suos certos nuntios preintimare debeant et hoc nos facere prescire in oppidum nostrum Löffemberg. Quodque hujusmodi recessu nobis ut sit preintimato, extunc scilicet post finem dicti primi anni dicta nostra assecuracio omniaque premissa cessare debeant nec alicujus efficatie existere penitus vel momenti, nobis vel etiam nostris heredibus extunc dictis mercatoribus premissorum pretextu in nullo obligatis existentibus vel astrictis. Hoc tamen in premissis nobis salvo et excepto, quod eciam infra dictos duos annos premissis subsistentibus sive non, nichilominus dicti mercatores de suis mercaturis solvere teneantur et solvant jura nostra, pedagium et conductum, prout hoc hactenus jam longo tempore fieri consuetum extitit et servatum. Et salvis premissis omnibus et singulis promisimus et presentibus promittimus bona fide nos omnia et singula premissa prout sunt prescripta attendere et servare rataque tenere atque firma. Et ad ipsorum ratihabitionem et observanciam inviolabiles nos et nostros heredes firmiter astringimus ac etiam obligamus, fraude et dolo in premissis omnibus et singulis sublatis et penitus circumscriptis. In quorum premissorum omnium et singulorum testimoniorum sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum et actum anno Domini M°CCC°LXX secundo die Mercurii proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Perg. Or. Siegel abgefallen.

**22. Die Thalgemeinde Uri versöhnt sich mit der Kaufmannschaft von Mailand unter Ausschluſs bestimmter Personen. Altorf 1373 Juni 2.*

Nos Johannes Villicus de Oettzvelden minister totaque comunitas vallis Uranię dyocesis Constantiensis notum facimus universis et singulis presentes litteras inspecturis: Quod nos extorsiones molestias seu injurias aliquibus nostris Vallensibus factas ac illatas per aliquos homines sive subditos dominationi illustrium ac magnificum (sic) dominorum Galyatii et Barnaboui dominorum Mediolanensium, ut prefati nostri Vallenses coram nobis sunt conquesti usque in hodiernum diem, plene et plenarie uniti sumus et concordati cum eisdem de predicta extorsione ac injuria, ita ut illa querela et molestia seu injuria nobis et nostris Vallenssibus facta usque in diem dationis litterarum presentium per prefatos subditos seu homines magnificorum et illustrium dominorum Mediolani prefatorum

Digitized by Google

exceptis tamen illis de Valle Lifintina et excepto Johanne de Rudentz de injuriis sibi factis et illatis, ut asserit, antequam esset noster Vallensis, tali tamen conditione interposita, quod dictus Johannes de Rudentz dummodo noster est Vallenssis pro antedicta injuria neminem seu nullum de dominatione dominorum antedictorum molestare vel gravare debet, et excepto dicto Utzen et dicto Waltwiler nostris vallenssibus, qui conqueruntur ab ipsis indebite recepisse in terra Feris decem et octo libras denariorum imperialium ratione pedagii inconsweti prout ipsi asserunt, quam pecuniam pedagiarii dicte terre Feris ipsis promiserunt sic, quod si pedagium ulterius et transito nundine non firmiter steterit, ipsis antedictas decem et octo libras denariorum integre reddere, ac eciam illis exceptis, qui habent negociare de certis debitis seu sibi subtractis frivole aut furtive, qui tamen aliud facere non debent, nisi quod contentari tenentur in condicione juris ubi conqueri habent, ita tamen quod ipsis fiat debitum supplementum vel juris, ne error novissimus fiat p[ej]or pri[ori], quibus exceptis in hanc pacem et unitatem non ponimus sed penitus excludimus. Nullus aut[a] hominum nostre vallis valeat nec debeat de transactis injuriis seu extorsionibus quidquam brige vel rixe cujuscumque generis quomodolibet incipere. Sed quod omnia exceptis quatuor articulis prescriptis absint, et super hoc homines prefatorum dominorum Medyolani secure et securiter transire possint nostram terram ac terminum nostre vallis corpore et rebus penitus sine dolo; in qua quidem reconciliacione ac unicione affuit ac presens interfuit discretus ac honestus vir Alberchtus Resta imbassator mercatorum Mediolanensium, qui etiam nomine omnium mercatorum Medyolanensium predictorum nostris Vallenssibus querulosius ad eorum dampnum dedit seu pagavit integraliter in nostri presencia centum florenos et viginti sex florenos bonos et legales. Quapropter ob robur firmum ac verum testimonium omnium prescriptorum sigillum commune ac generale nostre terre predicte presentibus duximus appendendum secundum consuetudinem nostre terre sepefatae.

Datum in villa dicta Altorf secunda die mensis Junii anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio.

Perg. Original. Siegel abgefallen.

**23. Die Stadt Luzern verbietet auf zehn Jahre wegen bestimmter Punkte gegen die Kaufleute Angriffe zu richten. Luzern 1376 März 13.*

Wir der schultheizz der rat und die burger gemeinlich der stat ze Lucern verjehen und tûn kunt offenlich mit disem brief allen die in ansehent oder hôrent lesen, das wir dirre nachgeschribenen stuken und

[a] sic.

Digitized by Google

gedingen sin ûber ein komen und gelobt und verheissen haben und loben mit disem brief: das wir enkeim ûnserm burger noch niemand andren erlôben noch gunnen sullen deheinen kôfman an ze griffenne weder an lib noch an gûte noch ze verheftenne dar umb, ob jeman ûtzit beschehe von diser nachgeschribenen vier stuken wegen deheines oder vormals beshehen wêre. Zem ersten ob der ûnsern jeman an den sôlt ritte oder gienge und er spreche, das im sin solt nût worden noch bezalt were. Oder ob ieman der ûnsern ungewissen lûten dinge gêbe die im nût ze geltenne hettint. Oder ob der ûnser deheiner jeman sin zol emphûrte oder verseite, den er geben sôlte. Oder ob ieman der ûnsern jeman andern frevenlich angriffe an libe oder an gûte ane recht. Und was von der obgeschribenen vier stuken wegen deheinem beschehe, dar umbe sullent wir im nût erlôben behulfen sin noch gunnen deheinen kôfman an ze griffenne; und wer das ûbergienge und darûber deheinen kôfman angriffe an libe oder an gûte, si wêrent ûnser burger oder bi ûns wonhaft oder wer es in ûnser der vorgenanten stat und ampte ûbergiengi, dar umb sullent wir richten als verre das er es widertûie der es getan het; were aber, das er als hablos wêr, das er es nût widertûn môcht, dem sol man ûnser stat verbieten und von der stat und ampte verschriiben. Und sol dis alles stêt sin und beliben in gûten trûwen âne geverde disû ersten und nechsten zehen jar, so nach dem tag hin als dirre brief geben ist alrschierest naeh ein andern koment und nût anders âne alle geverde. Und har ûber ze einem waren vesten und offennen urkûnde und sicherheit aller vorgeschribenen dingen so habent wir unser stat ingesigel offenlich gehenket an disen brief. Der geben ist an dem drizehenden tag Merzen, do man zalte von Christe gebûrte drizehen hundert und sibenzig jar dar nach in dem sechsten jare.

Perg. Orig. mit Bruchstück des Siegels.

**24. Bericht zweier Gesandten der Mailänder Kaufmannschaft über die Benützbarkeit des Bernhardin-, Splügen- und Septimerpasses und Verhandlungen mit dem Grafen Johann I. von Werdenberg-Sargans. Konstanz 1386 August 27.*

Honorandi domini et amici carissimi. Per alias vobis scripsimus, sicut fuimus per caminum de Misocho sive Mesolzina, sicut illud caminum non potest habere locum. Item sicut fuimus cum domino comes de Sancto Petro, quod est dominus super omnes alios dominos de Constanzia usque super terratorium domini domini G., domino nostro ete. Et dixit nobis, quod vult facere sechurum de Constanzia usque ad terratorium domini domini nostri ut supra. Sed ipse vult habere fermam, sed non

Digitized by Google

dixit tot tempus, et dedimus G. unam copiam de capitulis quem nos habemus. Item sicut sunt III homines ab istaque parte Clavena, que vocantur Visperani, volunt aptare montagnam, que vocatur Septem sive VII, sed volunt ponere solidos IIII° imperiales pro quolibet balla et pro quolibet fardello de petagio, et dicunt, quod fatiebunt, sic quod possint portare usque in rubos XXX unum plaustrum de Tinzovo usque Clavenam, unde provideatis modo vos de dicta montagnia. Item siatis, quod multe bale de lana Teothonicha sunt de Constantia usque Coyram, et in Constanzia in hospitio nostro sunt plus de ballis LX de lana de Anglea, quae sunt de Totonicis, et sunt grosse bale recte sicut nostre sunt, quae venerunt de Strax[burg] Constanziam. Non symus quid plus scribere, nixi quod fatiebat ad melius quod possumus et costat de Strax[burg] Costantiam florenum pro centenario et de Costantia usque Clavena circa florenos V pro balla cum omnibus expensis. Valete in Christo. Cras ibebimus coram domino domino dux, sy placebit a Deo.

Data Constanzia die XXVII Augusti 1386[a].

Vestros Johannes Cerlini[b]
Petrus Buscha salutant.

Auf der Rückseite: Discretis viris dominis abbatibus et communitatibus mercatorum Mediolani detur.

Original-Papier. Zwei Siegel ohne kenntliches Stempelbild erhalten.

**25. Antwort der Mailänder Kaufmannschaft an ihre Gesandten über die erwähnten Angelegenheiten. Mailand 1386 September 4.*

Providis viris dominis Johanni Cerliuo et Petro Busche ambassiatoribus nostris carissimis.

Carissimi, duas vestras litteras recepimus a die recessus vestri citra, ultima, quarum data fuit in Constantia die XXVII Augusti, et in quibus inter cetera continetur, caminum de Misocho non posse habere locum et vos afuisse cum domino . . comite de Sancto Petro pro tractando de itinere per Clavenam, quo utuntur Teotonici etc., prout in dictis vestris litteris plenius continetur. Quapropter scribimus vobis, nos contentari de dicto itinere Clavene, dum per dominum ducem Austrie, dictum dominum comitem et allios habentes agere super dicto itinere fiat id, per quod mercatores et eorum mercantie possint libere pertransire. Circa id quod dictus dominus comes de Sancto Petro petit firmam de eundo per ejus iter, modicum admiramur, quod nobis petat firmam, quia non

[a] *In arabischen Ziffern.*
[b] *Sehr unsicher, aber bestätigt durch eine zweite Urkunde.*

Digitized by Google

petit Teotonicis firmam et mercatores Mediolani non deberent esse pejoris conditionis, quam sicut Teotonici, et si non dedistis sibi responsum, debetis sibi respondere, prout in capitulo vobis super hoc dicto continetur, videlicet quod mercatores quantum pro se non possent facere firmam, sed quod idem dominus de Sancto Petro scribat magnifico domino domino nostro requirendo id, quod sit licitum, quod vellet dictam firmam concedere, et nos curabimus, quod habebit suum obtentum, quia si mercatores habebunt bonum ire per dictum iter prout sperant, erunt bene contenti. Et in casu quo idem dominus de Sancto Petro recusaret concedere iter nisi habeat firmam vel pro aliquo alio, curetis saltim habere salvum conductum pro roba, que est ad presens Straxburgum, quod posset conduci, prout fatiunt conducere Teotonici, quia mercatores Mediolani dabunt bene sibi majus profituum quam Teotonici. Circa factum illorum, qui dicunt velle aptare montem qui vocatur Set, et qui dicunt velle imponere solidos IIII^{or} imperiales pro balla et fardello, sumus contenti quod reducatis ad illud minus, quod potestis, quia licet vobis videatur modicum, grave atamen non possemus aliquid providere, quia nescimus, quid sit fatiendum circa hoc, sed fatiatis prout videatis expedire circa hoc cum hoc pacto, quod nichil exigatur, donec dictus mons erit aptatus vel fecerint bonam securitatem de aptando, et vellitis scire infra quod tempus vellint dictum montem aptasse. Vosque rogamus, quod non estote negligentes in providendo, si per personas lige Lozarie potest inferi aliquod dampnum super dicto itinere[a]. Et predicta fatiatis in reditu vestro Straxburgi, quem fatiatis per dictum iter ad finem, quod possitis bene habere intentionem de dicto itinere et de agendis, nobisque rescribere vellitis citius quam poteritis quomodo feceritis et clarius quam potestis[b]. Et pro nostro avisamento vellitis nobis scribere, qualem expeditionem habent Teotonici de eorum lanis et mercantiis et quomodo expediunt dictas mercantias, declarando aliquam quantitatem in quanto tempore. Valete in Domino.

Abbates et communitas mercatorum Mediolani.

Datae Mediolani die quarto Septembris MCCCLXXXVI.

Pap. Konzept.

---

[a] *Welches* iter *gemeint ist, geht daraus hervor, dafs* Clavene *folgte, aber durchgestrichen ist.*

[b] *Es folgt der später durchstrichene Satz:* Et in casum quo aliquid obtinetis, per quod mercantie que sunt Straxburgum possint conduci, vellitis mittere per unum nuntium proprium Straxburgum expensis communitatis id quod haberent in predictis agere.

Digitized by Google

**26. Graf Donat von Toggenburg giebt den Kaufleuten von Mailand und Como Zusicherungen über die Höhe der Zölle und Fuhrkosten auf der Strecke Balzers-Chur. Mayenfeld 1388 Juli 11.*

Wir graf Donat von Toggenburg grave ze Pretengôw und ze Tavas vergehent und tuend k . . . . . disem brief, als wir über ain komen sind mit allen köflûten von Mailan und von Chum und sus mit andern koflûten in des herren von Mailan land und gebiet, als wir die in ûnsern [schirm] frid und gelait genomen haben, nach urkûnd lut und sag des briefez den si darumb von ûns und von andern herren hand und darumb daz die selben kofflût von Mailan und von Chum und . . . . . desto fürderlicher und dester friglicher durch ûnser land und gebiet gewandeln und gewerben mugint und daz si dester bas wissent, wa mit si von ûnsern zôln un fürlon komen mugent, d . . . . . den selben koflûten von Mailan und von Chum und allen dien die in des herren land von Mailan gebiet sesshaft und wonhaft sind, verhaissen bi guten truwen daz wir . . . . . ze Maigenveld denne von aim engelschen wollsak acht phening Costenczer mûncz und von aim vardell och acht phening und suss von allen andern kofmanschaft weler laige daz ist, daz sond si ûns recht und redlich verzollen in der mass als och die tuschen koflût verzollen ane geverd. Es sond och die selben koflût nût mer geben ze fürlon von aim engelschen wolsak von Maigenveld uncz gen Zizirs denne acht phenig Costentzer mûncz und ain phenig ze tail lon, ain phening ze sustlon, und sond och nit mer geben von aim engelschen wollsak rize fürlon von Zizirs untz gen Chur denne acht phening und ain phening ze sustlon, aber sond si nit mer geben von aim lampartschen vardell ze fürlon von Zizirs untz gen Maigenveld denne acht phenig und ain phening ze sustlon, aber sond si nit mer geben von aim lampartschen vardell ze fürlon von Maigenveld untz gen Palzirs denne acht phening und ain phening von tail lon, ain phening ze sustlon. Och was gefürt wirt von allem andern kofmanschaft daz sond si bezaln als unczit her sitt und gewonlich ist gewesen. Und was kofmanschaft gefürt wirt anderswa durch ûnser land unde gebiet, daz sund si ûns recht und redlich bezaln als si bis unczit her getan hand und also se sond wir si und ire knecht gemainlichen und sunderlich erberklich bi allen egedachten rechten lassen beliben und si da bi schirmen und halten ungevarlich nach ûnser vermugent mit gûten truwen ane gevârd. Des ze urkûnd und stâter sicherhait haben wir obgescribner graf Donat von Toggenburg ûnser aigen insygel offenlich gehenkt an disen brief, der geben ist ze Maigenveld in der jarzal Cristi drûzehenhundert und achzig jar darnach in dem achtoden jar an dem sunnentag vor sant Margareten tag.

Perg. Or. Das Siegel des Ausstellers hieng an einem Pergamentstreifen ab, fehlt jetzt. —

Digitized by Google

In der Mitte ist eine gröfsere Stelle kaum oder gar nicht leserlich geworden.
Auf der Rückseite mittelalterliche Archivnotizen: »de Toginburgh.« »Carta domini . . . . . Tocimbergo.«

**27. Die Kaufmannschaft von Mailand an die Stadt Konstanz betreffend die Forderung des Konstanzer Stadtammanns Ulrich Habk gegen Aliprando de' Grassi. Mailand 1390 Januar 3.*

Egregii et honorandi domini etc. amici carissimi. A certis conductoribus mercantiarum nuper intelleximus, quendam nomine Hapch, nunc ut asseritur potentem et mercatorem vestrum Costantiensem, conqueri de domino Aliprando de Grassis mercatore bono et autentico Mediolani, dicendo ipse Hapech, dictum dominum Aliprandum sibi teneri vel causa dicti domini Aliprandi certum magnum dampnum suportasse, cujus occaxione dictum dominum Aliprandum coram nobis personaliter habuimus, qui in conclusione dixit, se nescire, quis sit ille Apech mercator vester, et quod non recordatur unquam habuisse aliquid sechum agere et nescire, quomodo idem Hapech potuerit pati aliquod dampnum pro eo domino Aliprando. Qui in casu quo aliquo modo reperiatur ipsum dominum Aliprandum in aliquo dicto Hapch teneri vel dictum Hapch pro eo domino Aliprando aliquod dampnum suportasse, idem utro dominus Aliprandus obtulit et ofert satisfacere et dampnum integraliter restituere de jure dicto Hapch. Qua propter vestram egregiam et caram amicitiam deprecamur, quatenus predicta notificetis dicto Hapch. Scientes, quod, si dictus Hapech venit vel personam informatam pro eo mitat Mediolanum, idem dominus Aliprandus promisit respondere sumarie et de jure satisfacere totum id, ad quod reperiatur ipse dominus Aliprandus dicto Hapch teneri. Valetis in domino. Si qua etc.

Abbates communitatis mercatorum Mediolani.

Datum Mediolani die tertio Jan. m ccc lxxxx°.

Egregiis et sapientibus viris dominis magistro civium et rectoribus communitatis Constantiensis honor.

Potenti viro domino . . comiti Rodulfo de Sancto Petro domino in Felchirch honorando carissimo.

Pap. Konzept.

**28. Schreiben der Mailänder Kaufmannschaft an die Stadt Konstanz wegen Beraubung von Kaufmannswaren durch den von Stoffeln. Mailand 1390 Oktober 5.*

Nobilibus et egregiis dominis burgmagistro potestati et sapientibus Costanzie honorandis amicis carissimis.

Digitized by Google

Egregii et honorandi domini carissimi. Ad nostri notitiam nuper pervenit, quod super terretorio domini . . . comitis de Nellemburg prope Zellam ad dimedium milliare existente schorta prefati domini comitis derobate fuerint balle XLVI et poche II lane Anglie et fardelletus unus pellium avoltrovorum certorum nostrorum mercatorum Mediolani et Cumarum per quendam qui vocatur Testofol, subditum ut dicitur domini de Virtemberg, et reductus ad quendam ejus Testofol castrum, qui nominatur similiter Testofol, dicente dicto Testofol dictam robariam fecisse, ut de bonis vestris et lige vestre, quos reputabat pro ejus inimicis, et non ut de bonis mercatorum Lombardie. Et dicatur dictum Testofol obtulisse dictam robam rellassare, dum per dominum burgmagistrum et quinque alios civitatis vestre Costantie per eum Testofol nominatos, et per quatuor alios ex aliis civitatibus lige vestre Costantie infra certum terminum jam elapsum prestaretur et fieret sacramentum: vos nec colligatos vestros nichil habere agere in dicta roba, et per vos per indignationem quam videtis habere cum dicto Testofol ac per dedecus recusatum fuerit dictum sacramentum facere, reputando dictum Testofol pro vestro inimico, dicendo velle potius perdere quadruplum vallimenti dicte robe quam sacramentum predictum prestare. Non modicum admiramur, dictum sacramentum recusasse facere, attento quod debite et cum honore vestra poterat fieri. Quatenus cum mercatores Mediolani totam eorum spem et fidutiam in vobis et coligatis vestris semper obtinuerint et obtineant, confidentes in vobis magis quam in aliquo domino itineris, vos care rogamus, quod toto posse prout speramus curetis dictam robam derobatam ut supra libere et indempniter dictis mercatoribus vel eorum nunciis rellassari et restitui; quod si fiet dabitur materia mercatoribus per dictum iter cum eorum mercantiis libentius usitandi.

Abbates et comunitas mercatorum Mediolani,

Data Mediolani die quinta Octubris MCCCLXXXX°.

*29. *Schreiben derselben an den Grafen von Nellenburg in gleicher Sache.* *Vom gleichen Tage.*

Illustri et excelso principi domino, domino . . comiti de Nellemburgo honorando domino carissimo.

Illustris princeps et excelse domine, omni recomendatione premissa. Ad nostri notitiam nuper pervenit, quod super territorio et conducta ac cum schorta dominacionis vestre prope Zellam derobate fuerunt balle XLVI et poche II lane Anglie et fardelletus unus pellium avoltrovorum certorum nostrorum mercatorum Mediolani et Cumarum per quendam cui dicitur Testofol, subditum ut dicitur ilustris principis et domini domini comitis de Virtimberg, et conducte ad quendam ejus Testofol

Digitized by Google

castrum, qui similiter nominatur Testofol, dicente dicto Testofol, dictam robariam fecisse ut de bonis hominum Constanzie et ejus lige et non ut de bonis mercatorum Lombardie. Quatenus cum sentiamus vos in servitio predictorum derobatorum et pro vestri debito promptum afuisse pro recuperatione dicte robe derobate, in vobis confidentes vestram magnificentiam deprecamur, quatenus in favorem justitie, et ut mercatores credere possunt litteras promissionum itineris roboris firmitatem obtinere, curetis dicta bona derobata dictis derobatis vel eorum nuntiis libere et indempniter restitui et relassari; quod si fiet, dabitur materia mercatoribus tutius et libentius per dictum iter cum eorum mercadantiis usitandi.

Abbates et comunitas mercatorum Mediolani.

Datae Mediolani utsupra.

**30. Schreiben derselben an den von Stoffeln. [Vom gleichen Tage.]*

Egregie et honorande domine omni recomendatione premissa. Ad aures nostri nuper pervenit, super territorio et conducta ac cum schorta domini . . comitis de Nellemburg per vos arestatum fore ballas XLVI et poche II lane Anglie et fardelletum unum pellium avoltrovorum, que sunt mercatorum Mediolani et Cumarum, et que bona asseruntur per vos arestata fore ut de bonis hominum Costantie et ejus lige, et non ut de bonis mercatorum Lombardie. Quatenus cum revera habeamus informationem, quod dicta bona arestata sunt mercatorum Mediolani et Cumarum, et credamus vos bene posse ymaginari predictas lanas et fardelletum non adesse dictorum de Constantia et lige et non sit debitum dictos mercatores dampnum suportare pro aliis: ideo vos care rogamus, quod atentis predictis vellitis dictam robam arestatam libere et indempniter rellassare et restituere nuntiis dictorum mercatorum, quorum ut premititur est dicta roba, quod si feceritis, reperietis in honorem vestri redundare.

Alle drei Urkunden auf einem Blatte Papier. Konzepte.

**31. Schreiben des Giovan Galeazzo Visconti, Herrn von Mailand, an die Stadt Constanz. Mailand 1390 Dezember 12.*

Burgmagistro consulibus et comunitati Constantie.

Spectabiles et egregii amici carissimi. Aliax scripsimus vobis per litteras nostras, vos atente rogando super certa querella nobis facta per certos nostros mercatores Mediolani et Cumarum de certis eorum lanis et rebus, quas ipsis rellassari sperabamus. Verum quia iterato exposuerunt nobis, quod nundum restitutionem dictarum suarum rerum habuerunt propter quasdam frivollas exceptiones, secundum quod eorum supplicatio presentibus introclusa narrat, quam vobis jussimus destinari,

Digitized by Google

vos afectuose rogantes et instanter, quatenus pro debito justitie atque pro beneplacito nostro taliter ordinare et disponere placeat et vellitis cum effectu, quod dicti nostri mercatores indempnes restituantur de dictis suis lanis et rebus secundum quod nos pro vestratibus in similibus faceremus.

Date Mediolani XII Decembris MCCCLXXXX° Galeaz etc.

*32. *Derselbe an den Grafen von Nellenburg.*
Von gleichem Ort und gleicher Zeit.

Comiti de Nellemburgo.

Illustris amice carissime. Pridie vos rogasse meminimus per litteras nostras in favorem certorum mercatorum nostrorum Mediolani et Cumarum pro quadam querella per eos nobis porecta, prout etiam inclusa facit mentionem. Et quia dicti nostri mercatores nobis asserunt, quod nundum restituti sunt oportune: ideo vos iterato afectuose rogamus, quatenus pro debito justitie nostrisque precibus et contemplatione placeat et vellitis rellassationem dictarum suarum rerum dictis nostris mercatoribus fieri facere, frivollis exceptionibus omnino resechatis, quibus ut sentimus indebite super hoc cavillatur contra illos, quod utique nobis gratum erit, offerentibus ad beneplacita queque vestra.

Date ut supra, Galeaz etc.

Zwei Konzepte auf einem Blatte Papier.

*33. *Abgaben für den Transport von Konstanz bis Biasca.*
Wohl 1390.

Infrascripta sunt que debent solvi pro datiis, conductis, sostis et aliis que fieri occurunt circa conductam ballarum lane.

	℔	β	♁
Imprimis in Constantia pro pedagio cujuslibet balle lane	—	XVI	—
Item pro victura cujuslibet balle a Costancia ad Rinech	—	I	VIII
Item in Rinech pro pedagio cujuslibet balle ut supra .	—	II	VII
Item pro victura Arinech usque ad Platen ubi distat miliaria duo todescha	—	V	X
Item pro sosta in Rinech	—	—	II½
Item pro victura Aplaten usque ad sanctum Petrum .	—	II	—
Item pro sosta in Platen	—	—	II½
Item ad sanctum Petrum pro pedagio	—	II	VII
Item pro sosta	—	—	II½
Item pro conductu a sancto Petro ad Aschan	—	II	—

Digitized by Google

	tl.	β	♄
Item pro victura Aschan usque Balsers	—	II	—
Item pro sosta in Aschan	—	—	II$^{1/2}$
Item pro pedagio in Viduz	—	II	—
Item pro victura Abalsers usque Meyfelt	—	I	VIIII
Item pro pedagio in Balsers	—	—	VIII
Item pro sosta de Balsers	—	—	II$^{1/2}$
Item in Meyfelt pro pedagio	—	I	III
Item pro sosta de Meyfelt	—	—	II$^{1/2}$
Item pro victura a Meyfelt usque ad Zizers	—	I	VII
Item pro sosta de Zizers	—	—	II$^{1/2}$
Item pro victura Azizers usque Coiram	—	I	VII
Item in Coyra pro pedagio	—	III	V
Item pro sosta et partitura et pensa	—	—	VIIII
Item pro conductu Acoyra ad Trunz	—	VI	—
Item pro pedagio in Trunz	—	I	VI
Item pro sosta de Trunz	—	—	II$^{1/2}$
Item pro victura a Trunz usque ad Lacx	—	VI	—
Item pro pedagio in Lacx	—	II	VII
Item pro sosta in Lacx	—	—	II$^{1/2}$
Item pro victura a Lacx usque Rouis	—	VII	VI
Item pro pedagio ad quendam pontem	—	—	X
Item pro pedagio domine de Sacho ad Iliant	—	I	VI
Item in Rouis pro sosta	—	—	II[a]
Item pro victura a Rouis usque ad Tronz	—	VII	VI
Item pro victura a Tronz usque ad Casaziam	I	V	—
Item pro tribus sostis	—	—	VI
Item a Casazia ad Habiascham pro victura	I	VIII	—
Item pro tribus sostis	—	—	VI
Item pro victura ab Habiascha usque ad Birinzonam	—	XII[a]	—
Item pro sosta de Habiascha et sosta de Claro	—	—	IIII[a]

Summa libr. VII sol. X d. VIII pro balla.

Auf der Rückseite gleichzeitige Notiz: »Pacta pro itinere Constanzie et Coire.«

Pap. Or. mit stellenweise stark verlöschter Schrift.

[a] *Lesung unsicher, verlöscht.*

Digitized by Google

*34. *Abgaben für den Transport von Biasca bis Konstanz. Wohl 1390.*

Pro conductu cujuslibet fardelli et pedagius ac aliis ab Habiascha usque Costantiam

	ℳ	β	₰
Inprimis ab Abiascha usque ad Rizias pro conductu cujuslibet fardelli	—	IIII	. . .[a]
Item pro sosta de Habiascha	—	—	II
Item Ariziis usque ad Casaziam pro victura . . .	—	XVIIII	—
Item pro sostis IIII	—	—	VIII
Item a Casazia usque ad Tronz pro victura . . .	I	IIII	—
Item pro sostis tribus	—	—	VI
Item a Tronz usque ad Rouis pro victura . . .	—	VII	VI
Item pro sosta de Rouis	—	—	II
Item a Rouis usque ad Lacx pro victura	—	VII	VI
Item pro pedagio ad Aliant[b] domine de Sacho . .	—	I	VI
Item pro pedagio dictum birum[c] ad quendam pontem	—	—	X
Item pro sosta de Lacx	—	—	II½
Item Alacx usque ad Trunz pro victura	—	VI	—
Item pro pedagio in Lacx	—	II	VII
Item pro pedagio in Trunz	—	—	VIIII
Item pro sosta de Trunz	—	—	II½
Item Atrunz ad Coyram pro victura	—	IIII°	VI
Item in Coyra pro pedagio	—	II	VII
Item pro sosta partitura et pensa in Coyra . . .	—	—	VIIII
Item Acoyra usque ad Zizers pro victura	—	I	III
Item pro sosta de Zizers	—	—	II½
Item Azizers ad Meyfelt pro victura	—	I	III
Item pro pedagio in Meyfelt	—	I	—
Item pro sosta in Meyfelt	—	—	II½
Item a Meyfelt usque ad Balzers pro victura . .	—	I	III
Item pro sosta de Balzers	—	—	II
Item a Balzers usque ad Aschan pro victura . .	—	I	VI
Item pro pedagio in Viduzio	—	VI	—
Item pro sosta de Aschan	—	—	II½
Item A Schan ad sanctum Petrum pro victura . .	—	I	VI
Item pro pedagio in sancto Petro.	—	VI	—

[a] *Abgerissen.*
[b] *Lesung unsicher, wohl* A Liant = A Ilanz.
[c] *Lesung sehr unsicher.*

Digitized by Google

	tt.	β	ϕ
Item pro sosta de sancto Petro	—	—	V
Item a sancto Petro usque ad Rinech pro victura .	—	V	....[a]
Item pro pedagio in Rinech	—	I	....
Item pro sosta in Rinech	—	—	....
Item a Rinech ad Costanciam pro victura	—	I	VIII ..
[Item pro] pedagio Costanzie	—	XVI	.....

Summa lb. VI sol. VII d. X$^{1}/_{2}$ pro fardello.

Auf dem Rücken: »Pacta pro conductu a Liventina usque Costantiam.«

Pap. Or. Aufzeichnung, die von der Zeit sehr gelitten hat. Das ganze Aktenstück ist sehr schwer leserlich.

Schrift um 1400, identisch mit der Hand des andern Verzeichnisses. Eher vor als nach 1400.

*35. *Instruktion für die nach Konstanz eventuell nach Luzern, Basel und Strafsburg gehende Gesandtschaft der Mailänder Kaufmannschaft. [1391 vor Mitte Mai.]*

Memoria fiendorum per [b] ambassiatores mercatorum Mediolani et Cumarum super itinere Constantie et post modum super itinere Lozarie tractando videlicet:

Primo quod vadant ex parte dictorum mercatorum ad notificandum dominis habentibus agere super dicto itinere Constantie, qui promiserunt dictis mercatoribus salvum conductum itineris. Quod dicti mercatores valde conqueruntur de hiis, que sibi non sunt servata, et de petendo dampna per eos mercatores passa, et quod finaliter viderint, utrum dicti mercatores et eorum nuntii et mercantie possunt libere dicto itinere utti, et in casu quo viderant non posse secure utti dicto itinere, quod per illum meliorem modum, quem viderint expedire, notificent eis dominis, dictos mercatores expedire providendo de alio itinere, licet suo libentius uterentur etc.[c]

Item quod procurent de relassatione Francischi de Alzate arestati et responso habito ac deliberatione super predictis habita postmodum velociter scribant dictis mercatoribus Mediolani et Cumarum, prout viderint expedire, ut in agendis possint providere.

Hiis vero factis et viso, quod non possit obteniri iter Costancie, postmodum vadant expedite super itinere Lozarie et ibi procurent primo

---

[a] *Die betreffenden Ziffern sind zerstört, da das Blatt dort zerfressen ist.*

[b] *Leerer Raum für die Namen.*

[c] *Es folgen noch die Worte:* et currabunt ab eis accipiere excumiatum (exeminatum?), *welche wohl in den folgenden Satz gehören.*

Digitized by Google

cum communitatibus Lozarie, Uronie, Svyz, Zurigi et Undrevalden ac tota eorum liga habere litteras eorum salvi conductus possendi libere et sicure per eorum terras et dominium pertransire et pertransiri facere cum eorum mercantiis rebus et mercimoniis dictos mercatores et eorum nuntios et servitores cum et sub infrascriptis pactis et conventionibus.

Primo quod dicti domini communitatis Lozarie et totius eorum lige et quilibet eorum singulariter promitant solempniter dictis mercatoribus vel dictis eorum ambassiatoribus eorum nominibus de tenendo totam eorum conductam salvam etc. cum promissione restituendi dampna etc.

Item quod non mollestabunt nec mollestari permittent dictos mercatores nec eorum nuntios et servitores nec eorum mercimonia pro aliquo dampno vel injuria seu mollestia, quam aliquis de dicta terra Lozarie vel eorum lige vel aliunde dicere vellet vel posset passum fuisse vel sibi factam esse, hinc retro vel de cetero pati posse vel fieri quomodolibet in civitate vel comitatu Mediolani ac super dominio illustris et excelsi domini domini nostri Mediolani vel aliunde vel pro eo, quod aliquis de dicta eorum terra et liga vel aliunde dicere vellet vel posset stetisse nec qui veniret ad stipendium prefati domini nostri vel communitatis Mediolani et que pretendere vel dicere vellet et posset, sibi de eorum stipendio satisfactum non fuisse vel ex eo aliquod dampnum suportasse, vel etiam ex eo, quod si quis eorum venderet ad credentiam in civitate vel comitatu Mediolani vel sub dominio prefati domini et non posset satisfactionem suam cons[equi], quod ob hoc dicti mercatores nec eorum nuntii et servitores vel eorum res et mercantie dicta occasione nullo modo possunt arestari, angariari, robari nec mollestari, nisi solum ille et ejus bona, qui principaliter pro dicta mercadanctia ad credentiam emisset et obligatus foret, et si ex hiis vel etiam pro aliquo datio non soluto aliquod dampnum incurreret, quod libere teneantur restituere.

Item quod procurent de promissionibus fiendis, quod dicti de Lozaria et liga faciant securtatem in civitate Mediolani vel Cumarum de atendendo etc.

Item quod dicti de Lozaria reducant eorum datia mercantiarum ad medietatem ejus, quod sollebat accipere etc. et quod balle draporum nec aliorum mercimoniorum non plus solvant quam balle lanarum.

Item quod in Fiora fiat una stadera coequalis illi Birinzone et pro illo pondere, quo in Fiora ponderabuntur, quod balle signentur taliter, quod illud pondus postea servetur per totam dictam vallem Uranie et Ursarie, et similiter quod illi vallini stent signo fardellorum ponderatorum in Birinzona.

Item quod dicti de Lozaria et liga predicta promittant attendere sub eorum sacramento etc.

Item quod de dicta stadera similiter provideatur in Leventina.

Digitized by Google

Item quod in casu quo prefatis dominis Lozarie vel eorum lige vel alicui eorum generaliter vel alicui ex ipsis specialiter aliquod mandatum papalle vel aliquod edictum domini imperatoris seu alterius principis ac domini cujuscumque super prefatis mercatoribus ipsorum seu servitoribus vel mercimoniis in eorum terris et districtibus personaliter aut realiter mollestandis etc. transmiteretur etc., quod ob hoc mercatores nec eorum nuntii et mercantie nullo modo impediri nec arestari possint etc. salvo, si mandata essent, que oporteret servari, quod ea intimare vellint debite dictis mercatoribus de sex mensibus ante quam ullam novitatem facere possint etc.

Item quod in eorum litteris aponatur, quod in casu quo non vellent predictas litteras dictis mercatoribus manutenere et servare, quod de sex mensibus antea debeant dictis mercatoribus notitiam facere ut in agendis provideri possit.

Item quod procurent, quod in Lozaria, Urania, Ursaria et Leventina extiretur tertia pars bouger[a].

Item quod procurent quod per totum[b].

Postea vadant Baxiliam et ibidem procurent, ab eis habere litteras salvi conductus etc. ac procuretur iluch, quod eorum datium reducatur ad medietatem, et quod curent, quod dicti de Baxilia opus facerent, quod a Baxilia usque Lozariam iter sit securum etc.

Postea vadant ad dominum Lanfret domini ducis Austrie et ab eo procurent habere litteras salvi conductus per totum iter prefati domini ducis etc.

Postea vadant Straxburgum ad procurandum, quod datia que exiguntur in Straxburgo reducantur ad minus quam possit.

Auf dem Rücken: A d. Ultrannolus Beaqua, Muzius de Grassiis, Thomas de Puteo bonello, Aluysius de Gallarate.

Pap. Orig. Entwurf. Die Schrift eher vor als nach 1400. Stark abgekürzt.

**36. Bericht der Mailänder Gesandten Romerius de Suane und Paginus de Alzate an die Mailänder Kaufmannschaft.*

Konstanz 1391 Juni 4.

In Christi nomine amen.

Carissimi domini salutem. Scire vobis facimus, quod Romerius et ego Paginus recedimus de Lozeria die dominicha XXI Madii, prout continebatur in littera, quam scripsimus vobis de Lozeria pro eundo ad

[a] *Lesung sehr ungewifs, vielleicht auch* lotiger.
[b] *Nichts weiter.*

Digitized by Google

caminum nostrum. Et die Martis XXIII supraseripti juneximus in Constantia et die Mereurii sequenti in mane fuimus ante conscillium Constanzie ac notificavimus eis omnia, que continebantur in capitullo nostro nobis dato videllicet, quod mereatores valde conquerebantur de eis non observatis, et simillitor de dampno per eos passo et quod finaliter vollebant seire, si potebant utti dictum caminum securiter cum mercemoniis suis vel non et certa allia necessaria circha facta nostra. Ipsi nobis responderant, quod omnia multum bene intellecxerant, et quod eis displacebat fortiter, sed quod dominus de Nolleburg non erat in partibus et quod equitaverat ad Bragum pro aliqua pace fatienda et quod tantum cito quod veniret, quod fatierent quod mercatores haberent bonum responssum et quod placeret nobis velle exspectare usque ad ventum suum. Nos respondidimus eis, quod non vollebamus aliquid habere agere sechum omnino et si fatieret nobis centum literas, quod nichil erederemus ei, nixi ipsi promiterent pro ipso; ipsi dixerunt, quod debebamus espectare, donec rediret, et quod fatierent, quod mercatores essent contenti. Sic quod espectavimus eum usque die Martis XXX suprascripti, quod audivimus dicere, quod ipse rediverat domi. Et die Mereurii ultimo suprascripti ivimus coram conseillio et naravimus eis prout intellexeramus ipsum redisse domi. Et ipsi fecerunt nos exire de conscillio et postea mixerunt unum de conscillio nobis ad dicendum, quod ipsi ordinaverant unum bonum famullum, quem equitaret cum nobis ad illum de Nolleburg et ad illum de Fustiberg in sotietate. Tunc respondemus eis, si ipsi fecerant nos tantum tempus exspectare pro isto responsso et quod non nos vollebamus equitare ad eos pro nullo modo, quia nichil habebamus agere cum eis prout dixeramus antea, sed si ipsi vollebant promittere pro eis, quod eramus contenti et quod ipsi aciperent securtatem ab eis prout placeret eis; aliter quod non vollebamus aliquid facere. Ipse dixit, quod debebamus exspectare, et intravit conscillio et narravit eis omnia. Ipsi habuerunt conscillium in simul et mixerunt ad nos duos exstra ad dicendum, quod terra de Constantia habuit plus dampnum pro nobis quam profituum usque nunc. Sed quod vollebant facere suo posse, quod mercatores irent securi prout semper fecerunt, sed quod nullo modo ipsi non vollebant promitere nobis restituere dampna, quare si domini sciren, quod ipsi promixissent nobis, quod ipsi robarent plus super eos quam super nos, et ydeo quod nollebant facere; sed quod bene fatierent, quod ille de Fustiberg et ille de Nolleburg obligabunt se unum pro alio una cum terris suis cum bonis literis et sacramentis de defendere nos et de restituere dampna, si aliquid acederet a modo in antea, sed de preterito nichil, et quod hoc bene deberet suficere nobis. Tunc respondimus eis, quod dum fatierent suprascripta, quod eramus contenti, et sic mixerunt nuntios ad suprascriptos

Digitized by Google

dominos jam duos dies elapssos et exspectamus responssum de die in diem. Deus concedat quod fiat bonum responsum pro nobis pro misericordia ejus. Sed multum admirabo, si ille de Fustiberg fatiet litteras, quia nunquam volluit facere nullam et spetialliter cum isto de Nolleburg. Et ydeo erit valde bonum, si isti possunt hoc facere, quia vere nostro videre esset valde bonum propter ballas, que sunt in Straxburg ad prenssens, quia nescimus considerare, quomodo possint unquam ire per alium caminum integras, quia non habent equos tam fortes, et si ipsas oportet incidere, habebunt dampnum, et postea dixerunt quod non vollunt conducere illas ballas, que sunt in Straxburg ad prenssens, nixi ad pondus consueto, quod esset valde magnum dampnum, non est balla quod non siat plus quam rub. XXXIII ad illud pondus, et ydeo esset mellius istud caminum pro ista vice, quamvis non habebimus omnia in complimento, si poterat habere locum ut supra.

Item promixerunt nobis isti de Constantia de restituere nobis omnia dampna, que poterant accedere super aquam de Zella usque in Rinec, quod sunt sex milliaria de suis, videllicet de robatione, sed non de pericullo aque. Nescimus quid plus scribere ad prenssens, nixi quod habito responsso fatiemus secundum responssum, videllicet si erit bonum pro nobis equitabimus subito Straxburgum, si non mitebimus subito nuntium Guilliermo in Lozeria, prout fuimus concordes, et equitabimus nos ad dominos per totum caminum prout ordinavistis et citius quod potebimus per istam non plura. In Christo vallete semper, quod conservet nos et vos in sanitate.

Data Costantie die IIII° Junii 1391[a].

Vestri Romerius de Suane et Paginus de Alzate salutem.

Adresse auf der Rückseite: Dominis abatibus et comunitati mercatorum Mediolani in Mediolano detur.

Ein Handelszeichen und zwar wohl das des Paginus de Alzate steht unter der Adresse. Pap. Original. Adresse und Verschlufs erhalten.

**37. Johann Abt von Disentis erklärt bei den durchgehenden welschen und deutschen Waren den Zoll ermässigen zu wollen. 1391.*

Nos Johannes Dei gratia abbas monasterii Disertinensis totaque nostra communitas ejusdem monasterii notum facimus omnibus presentem paginam intuentibus, pro nobis nostrisque successoribus, quod modo in consilio animo deliberato sic convenimus ex parte mercatorum gallicorum sive teutonicorum, quod nostro in territorio et districtu de qualibet palla et quolibet vardello ad ducendum per nostram terram unum plaphardum

[a] *In arabischen Ziffern.*

Digitized by Google

devalcavimus. Et hoc fecimus pro melioracione et futura utilitate ipsius terre et ob amorem mercatorum predictorum. In cujus rei testimonium et majorem certitudinem, nos supradictus abbas pro nobis nostraque communitate pretacta et pro omnibus nostris successoribus, sigillum nostrum proprium presentibus est impressum.

Datum anno Domini M°CCC°LXXXX° primo.

Et istud Remedius de Chumis a nobis gratiose obtinuit, quod fecimus propter omnes mercatores.

Pap. Or. Siegel unter dem Texte aufgedrückt, aber abgefallen.

**38. Beschwerden der Mailänder Kaufmannschaft über Beraubung im Luxemburgischen und Entscheidung des Herrn von Mailand [nach 1393 Januar 28 und vor 1395 Mai].*

Illustri ac magnifice et excelse dominationi vestre humiliter et cum debita reverentia. Significatur pro parte vestrorum fidellissimorum seruultorum mercatorum civitatum vestrarum Mediolani et Cumarum, quod ad eorum notitiam nuper pervenit, quod dum Guillelmus de Lavello de Cumis et Cristianus Buscha de Mediolano conductores mercadantiarum venirent a partibus Flandrie versus Lombardiam cum certis mercadantiis dictorum mercatorum, ecce super dominio et districtu de Lucimborgo per quendam dominum Arnoldum de Bolant, dominum ejusdem castri de Stolcenberg, indebite et injuste et ob nullam justam causam capti et detenti fuerunt et reducti ad dictum castrum de Stolcenberg, non obstantibus litteris salvi conductus et assecurationis itineris concessis per seneschallum prefati domini de Lucimborgo nomine prefati domini de Lucimburgo.

Darunter:

Quare mercatores predicti humiliter supplicant, quatenus dignemur prefato domino . . de Lucimborgo scribere litteras, sicut mercatores predicti ob hoc obstantibus litteris predictis assecuracionis querellam interponunt, nec non graciose scribere dominis infrascriptis, videlicet

dominis Karrolo duci Lotaringie et marchioni

. . Filippo comiti in Sarraponte et in Nassouve.

. . Hancmanno et Symundo nuncupatis Vecker comitibus in Geminponte et dominis in Bitis.

. . Eberardo comiti in Geminiponte

. Henricho de Lichemberg milliti

. Johani domino in Lichemberg schuderio nec non d . . episcopo Argentinensi et administratori ecclesie Baxiliensis.

Cum omnes domini haberent super dicto itinere agere et eorum litteras et promissiones dictis mercatoribus fecerunt de salvo conductu etc.

Digitized by Google

quatenus prefati domini et quilibet eorum in premissis et circa premissa ageret et procuret ac vices suas interponere vellint et faciant, quod dicti carcerati libere et indempniter rellassentur et quod mercatores predicti et eorum nuntii cum eorum mercandatiis possint libere per eorum itinera et partes pertransire et eundo et redeundo usitare.

Papier Konzept, wie es scheint von zwei Händen.

Schrift des ausgehenden 14. Jahrhunderts. Die Datierung ergiebt sich aus dem Geleitsbriefe vom 28. Januar 1393 und aus dem Umstande, dafs Giovan Galeazzo noch nicht als Herzog bezeichnet wird.

**39. Wünsche der Mailänder Kaufmannschaft für Neuabschlufs eines Handelsvertrages mit dem Könige von Frankreich, dem Herzoge von Burgund, dem Grafen von Savoyen und dem Herrn von Chalon-Arlay. 14. Jahrhundert.*

Hec est forma pactorum, que requirunt merchatores Mediolani a domino rege Franchorum ut infra videllicet.

Imprimis quod per dominum regem Franzie et ejus conscilium concedantur litere salvi conductus, quod quilibet mercator Mediolani et ejus nuntii et factores possint ire et redire per regnum Franzie et ejus districtum tute et libere cum omnibus eorum personis et nuntiis et factoribus rebus et mercadantiis, sic quod non impediantur nec impediri possint nec debeant per aliquos offitialles regios nec per aliquas alias personas in dicto regno et ejus districtu.

Item debeat impetrare litteras, quod quelibet charega lane de rubis[a] XXV que sit de Anglia possit conduci et exthray per dictum regnum et de dicto regno, solvendo pro qualibet charega florenos duos parvos auri de Florentia pro tracta.

Item quod suprascripta charega possit extray de dicto regno solvendo pro malatolta medium florenum auri.

Item quod omnes balle fustaneorum et merzarie et aliarum quarumcunque mercadantiarum, que conducentur de partibus Lombardie ad partes Flandrie vel Braybantie transeundo per regnum Franzie, conduci possint sic quod in aliquo non impediantur nec aliquo modo turbentur nec mollestentur, solventibus pro ipsis fustaneis mercibus et mercadantiis videllicet usque ad sommam solid. IIII vel VI pro balla.

Item quod omnes lane et drapi et merzarie et quellibet mercadantie, que conducuntur et conducte fuerint de regno Anglie ad regnum Franzie, possint exhonerari et descaregari ad portum de Ahflore vel ad alium portum, ubi videbitur mellius per aquam et per terram, sicut placuerit

[a] *Vorlage:* predis.

Digitized by Google

mercatoribus, quorum erunt, vel conductoribus earum mercadantiarum, absque quod impediantur nec possint impediri nec mollestari occasione ansationis aque Sagone seu Sachane usque ad civitatem Parisius vel Sanse, solvende ad exitum ut supra.

Item quod dicti mercatores et eorum mercadantie transeuntes per regnum Franzie non possint nec debeant in aliqua parte dicti regni impediri nec mollestari pro aliquo datio, gabella seu maratolta impoxita in aliqua terra seu parte aliquarum terrarum dicti regni nec occaxione den. pro libra de hiis que extrahuntur de dicto regno Frantie nixi super portus ordinationes, per quos dicte mercadantie conduci contingerint, et ibi solvant id quod ordinabitur et post modum quiete et pacifice sine aliqua modestia sive mollestia ab inde conduci permitantur.

Item quod omnes lane, que ementur in regno, possint extray de dicto regno, solvendo pro qualibet carega flor. unum ad portum sancti Johannis vel ubi erit portus tam pro den. de libra quam pro mallatolta et si hec non possit facere per flor. I, faciat per flor. I et tertium I auri.

Item quod mercadantie dictorum mercatorum non impediantur pro aliquo deffectu alicujus caratoni[1] nec pro aliquo debito alicujus caratoni.

Item quod habitis dictis litteris a prefato domino rege Franzie super predictis, prout mellius fieri poterit, veniat ad partes Burgondie et ibi cum domino duce Burgondie [procu]ret habere similles literas, quas habuerit a dicto domino rege vel melliores si potuerit, videllicet solvendo tantum medietatem pedagiorum . . . . . rum tam ad portum sancti Johannis quam in comitatu Burgondie et hoc de lanis Anglie.

[Sim]iliter faciat cum domino Johanne de Cabillone et cum domino comite Sabaudie de lanis Anglie et etiam de drapis si potest.

[Item] procuret, quod dominus dux Burgondie, quo de preda una lane pro qualibet cariga de qua nobis dudum fuit facta gratia super portu sancti Johanis . . . de Laloya et querat literas illius gracie, que debent esse penes Ottorollum vel Cabriollum vel Fillipinum de Lapessina.

[Item] quod procuret facere, quod lane, que veniunt de partibus Anglie, Flandrie, non ponderentur super portu sancti Johannis nixi plaustrum unum quod voluerint . . . . pedagerii et secundum pondus illarum alie permitant transire absque quod descaregentur.

Konzept des XIV. Jahrhunderts. Das Stück ist im unteren Teile am Rande beschädigt.

»Amici karissimi noveritis quod Fripollus Sadona . . . . .«, *steht auf der Rückseite hart am Rande, in den Rand auslaufend.*

---

[1] Caratànt *ist der, welcher an einem Handelsgeschafte durch Geld beteiligt ist. Cherubini, Vocabulario Milanese-Italiano.*

Digitized by Google

**40. Gesuch der Mailänder Kaufmannschaft um Regelung des Zolls in Como, da sie in Zukunft über Chiavenna gehen will, und Entscheid darauf. Um 1400.*

Illustri et excelse dominationi vestre. Significatur pro parte mercatorum vestrorum civitatis vestre Mediolani, quod cum soliti sint cum eorum personis et mercantiis per Birinzonam ad partes ultramontanas eundo et redeundo transitum facere, solvendo in dicta terra Birinzone certum datium, quod provenit in utilitatem intratarum civitatis vestre Cumarum, et propter viarum discrimina dicti mercatores dispositi sint velle visitare per Clavenam ad dictas partes ultramontanas facientes transitum per civitatem Cumarum, credentes, ire magis securos, nisi foret quoddam magnum datium, quod a modicis annis citra extitit semper mercantiis apositum in dicta civitate Cumarum, licet etiam ad Clavenam super mercantiis transeuntibus datium exigatur.

Darunter:

Quia supplicant mercatores predicti, quatenus dignamur concedere predictos supplicantes posse a dictis partibus ultramontanis[a] cum eorum mercantiis ac eorum nunciis eundo et redeundo per dictum iter Clavene veniendo et eundo per dictam civitatem Cumarum transitum facere absque eo, quod cogantur solvere majus datium, quam exigatur, si venirent per Berinzonam ad civitatem Mediolanum vel ab inde redirent, scientes, quod si hoc concedetur, dabitur materia mercatoribus cupientibus ire per itinera secura usitando eorum mercantias et redundabit in evidentem utilitatem intratarum nostre civitatis Cumarum.

Pap. Konzept. Schrift saec. XIV—XV. Keine mittelalterl. Archivnotiz.

[a] *Verbessert aus* Flandrie.

Digitized by Google

ARCHIVIO DI STATO.

**41. Herzog Filippo Maria erhebt Heinrich Fry von Konstanz zu seinem Familiaren. (1412—47.)*

Filippus Maria Anglus dux Mediolani etc.

Multorum relatibus et pluribus etiam argumentis intelligentes, quod nobilis Henricus Franch de Constantia non solum vir est honestorum morum, bone fame virtutibusque deditus, sed etiam ad predicandum nomen nostrum intentus et affectus nobis observancia et devotione singulari, ipsum diligere movemur et dignum judicare, quem nostris honoribus ac favoribus prosequamur. Eundem igitur Henricum familiaritatis nostre titulo condecorantes harum serie, consortio et cetui aliorum familiarium nostrorum aggregamus et libenter quidem adjungimus; ita ut de cetero perfruatur omnibus illis honoribus, prerogativis, commoditatibus, preeminentiis et emolumentis, quibus alii familiares nostri cari si quidem nobis ac domestici gaudere et frui posse dignoscuntur, et dum fuerit opus nostrorum favorum suffragia consequatur; amicos et benivolos nostros attente rogantes, officialibus vero gentibus armigeris et subditis nostris stricte mandantes, quatenus ipsum Henricum ostensorem presentium, eundo ad et per quascunque regiones orbis, tam alienas quam nostras stando commorando et redeundo, cum ejus commitiva ad numerum usque personarum trium equestrium aut pedestrium, et suis armis arnisiis valisiis rebus et bonis per omnes passus portus pontes civitates terras et loca libere et expedite ac sine solutione alicujus datii pedagii vel gabelle ac fundi navis omnique alio cessante impedimento tam per terram quam per aquam transire permittant. Sibique nostri contemplatione provideant de de guidis scortis et salvisconductibus, si et prout opus fuerit ac duxerit requirendum, ac eumdem in reliquis omnibus benigne recolligant quan-

Digitized by Google

tumve convenit humane gratioseque pertractent. Quod ad complacentiam quidem ascribemus. In quorum et.

Date . . . .

Abschrift Ghinzonis nach den Diplomi Ducali des Mailänder Staatsarchivs. Ohne Datum, die Regierungszeit Filippo Marias endete mit dem 13. August 1447.

**42. Francesco Sforza giebt Heinrich Fry von Konstanz einen Paſsbrief auf ein Jahr. Piacenza 1447 November 20.*

Franciscus Fortia Vicecomes etc. Provido et discreto viro Henrico Francho de Constantia factori nobilis viri Josumpis mercatoris Alamani ex quovis loco discedendi cum comitiva personarum quattuor famulorum sociorum vel factorum prefati Josumpis quibusvis nominibus nuncupatorum seu alteri quovis nomine nuncupato, nuncio vel factori prefati Henrici factoris vel Josumpis cum comitiva ut supra et accedendi tam conjunctim quam divisim Papiam, Cremonam et de Cremona Parmam et de Parma ad Casale majus et portandi omne genus mercium cujusque qualitatis et quantitatis usque ad numerum salmarum quattuor tantum tam per terram quam per aquam navibus, barchis et nautis opportunis ac plaustris, bobus et bubulcis seu carateriis opportunis et in dictis locis nostris seu ipsorum altero standi, morandi, pernoctandi, emendi, vendendi mercandi et quicquid voluerit exercendi semel et pluries et quotiens sibi videbitur et placebit; indeque redeundi cum dictis navibus, plaustris, nautis et carateriis prefatis ac mercibus usque ad numerum salmarum quattuor ut supra, pro vice qualibet, qua ex aliquo dictorum locorum discesserit, ita tamen quod ad Casale majus nec aliam terram vel locum hostilem possit deferre seu deferri facere aliquod genus mercium et victualium seu grassie et armorum tute et impune etc. Salvum conductum etc. valiturum anno uno.

Ex Placentia XX^{a} Novembris 1447.

Jo. de Ulesis.

Abschrift bez. Regest von Schellhass aus Reg. duc. Nr. 85 Fol. 138^{a}, ergänzt nach dem Drucke bei Heyd, Ravensburger Gesellschaft S. 50, der aus derselben Quelle stammt.

**43. Paſsbrief für Ulrich Fry. Mailand 1451 März 31.*

Concesse fuerunt littere familiaritatis et passus in ampla forma Uolricho Francho de Constantia cum famulis tribus etc. dat. Mediolani die ult. Mart. 1451.

Notiz in Reg. ducale Nr. 87 Fol. 222^{b}, gleichzeitige Niederschrift. Mitgeteilt von Schellhass an Heyd.

Digitized by Google

**44. Der Konstanzer Konrad Mesner schreibt dem Herzog Francesco Sforza, was er von seinen Genossen über Venedig und Wien über das Blutgericht des Königs Ladislaus von Ungarn erfahren hat. Mailand [1457] April 16.*

I. Domino duci Mediolani etc.

Illustrissimo principe. Hozi da Venexia ho recevuto una littera de mei compagni mercadanti, come hanno noticia da Wiena, come la sacra M^ta^ de re Ladislao re de Hungaria etc. ha facto uno juditio a Buda, in lo quali juditio sono stati molti principi et signori, specialiter el sosero de bone memoria del Signore Cilii, credo che sia il signore dispot. Et per via de rasone e concluso, che se debia mozare la testa al Signore filiolo de bona memoria del conte Bianch. alias Hudianus, che occise el dicto signore de Cilii, et cossi e stato facto et l altro suo fratello e presone de la sacra M^ta^ de Re etc. Ancora ad uno vescovo e stato cavato la corona de la testa e impresone per fare morire, lo nome non se dice et cossi tutti che sono colpevoli de la morte del Signore de Cilii, tutti per via de rasone sono condemnati a morte. Datum Mediolani die XVI Aprilis. De la Illma S^a^ V. fidele servitor Conrado Mesner mercadante de Constanza con recomendatione.

Aus Registro missive Nr. 38 Fol. 78. Gleichzeitige Abschrift.

**45. Der Herzog Francesco Sforza an Sigmund, Herzog von Österreich. Mailand 1458 Mai 29.*

Domino Sigismondo Dei gratia duci Austrie . . . . .

Videre poterit vestra Excell. per eam, quam mittimus cedulam presentibus introclusam, que et qualia nobis significant Gindinus et Ambrosius cives mercatores nostri Mediolanenses, quibus asserunt facta fuit indebita arestacio mercantiarum suarum in civitate vestra Felchir . . Datum Mediolani die XXVIIII Maji 1458.

Registre missive Nr. 38 Fol. 293. Gleichzeitige Abschrift oder Konzept.

46—51. Litterae passus für bestimmte Sendungen deutscher Händler, ausgestellt von Mailänder Herzögen. 1460—1486.

**46. 1460 Juli 24.* Mediolani die XXIII Julii 1460. Commisse fuerunt littere passus Johanni Stadler de Ulmne reducendi ad partes Alamanie infrascriptas armaturas: toracem unum, corselium unum, par unum arnesiorum, par unum brachialium, par unum spalaciorum, par unum giantorum, item celatam unam ariseria, barbetum unum, et

Digitized by Google

testeriam unam equi, quas armaturas mittit Bernandus a Vinsternach[1] camerarius ducalis nobili Ulrico de Vinsternach genitori suo.

Registro ducale Nr. 100 Fol. 86.

47. 1479 Mai 30. Duces Mediolani. Ad nundinas profecturi sunt in presentia Aronam Brocardus et Rethemanus socii et equorum mercatores Alamani; . . damus salvum conductum. D. M. XXX Maji 1479.

Reg. ducale Nr. 43 Fol. 417.

48. 1483 Februar 23. Concessae sunt litterae passus Nicolao Renhare Theutonico conducendi ex Alamania Mediolanum quandam quantitatem salnitrii pro ducali munitione sine aliqua solutione. Datum Mediolani die 23 Febr. 1483.

Registro ducale Nr. 77 Fol. 37.

49. 1483 April 4. Concessae sunt littere passus Georgii de Alamania deferenti Bononiam ad Herculem Marscotam patricium Bononiensem brachia decem et octo drapi argenti cum socio uno. valit. dies XV. Datum Mediolani die quarto aprilis 1483.

Ebda. Fol. 75.

50. 1483 Juni 10. Concessus bulletinus passus Brocardo de Rotavil mercatori Alamano ac civi Locerensi ducendi equos viginti, quos venales duxerat Mediolanum nec invenit emptorem, quocumque per dominium et extra dominium. Valituris mensem unum. Datum die X Junii 1483.

Ebda. Fol 129

51. 1486 Juli 20. Dux Mediolani concedit Jacobo de Villantis de Norimbergo mercatori Germano salvum conductum conducendi ex dominio nostro ad regiones suas salmam 1 mercium et ex Germania in ditionem nostram salmas 36, sine ulla molestia eidem inferenda. Menses duos valiturae. Bereguardi die 20 Julii 1486.

Reg. duc. Nr. 31 Fol. 24[2]. *Or. Konzept.*

52—77. Litterae passus et salvi conductus, ausgestellt von Mailänder Herzögen für deutsche Kaufleute. 1461—1494.

52. 1461 Juni 4. Dux Mediolani. Henrico de Alamania horum ostensori, ex quocunque loco sese esse repererit . . cum rebus, mercantiis

[1] *Dieser Bernhard von Westernach erhielt einen Reisepafs nach Deutschland am 21. August 1460. Ibid. Fol. 94.*

[2] *Daselbst Fol. 32 der von Heyd, Ravensburger Gesellschaft S. 72 veröffentlichte Pafs für* »Georgius Fucer, Petrus Vacus, Joannes Burlinus et Nofrius Humpis, qui ex societate magna Alamanie esse videntur«.

Digitized by Google

et bonis suis . . morandi et merchantias suas vendendi aliasque emendi et cum eis ad partes Alamanie redeundi tam per terram quam per aquam, . . totiens quotiens sibi placuerit, plenum, liberum et validum salvum conductum . . damus . . Mediolani die IIII Junii 1461.

Registro ducale Nr. 91 Fol. 458.

53. 1461 August 12. Mediolani die XII Augusti 1461 concessus fuit salvusconductus Marco de Olma.

Es dürfte sich da um einen Venetianer handeln, der von Genua nach Venedig — diese beiden Orte sind genannt — handelt. Deutschland nicht erwähnt.

Reg. ducale Nr. 91 Fol. 463.

54. 1461 Oktober 15. Dux Mediolani . . Licentiam concedimus Ghirardo Murer de Rasteten Theutonicho harum exhibitori undecumque veniendi ad quascumque civitates, terras et loca dominii nostri in eisque standi, habitandi, praticandi . . omni molestia . . cessante, que causa . . aliquarum imputationum sibi hinc retro factarum ei quoquomodo inferri possent . .

Mediolani 15 Oct. 1461.

Registro ducale Nr. 91 Fol. 465.

55. 1464 Juli 30. Salvacondotto a favore del nobile Baldassare Fausingher mercante di Ulmo, diletto al duca per la sua fede e devozione. 1464 Juli 30.

Mitteilung von Ghinzoni an Heyd aus dem Staatsarchiv.

56. 1470 Oktober 19. Concesse fuerunt littere passus Frederico de Friburgo cum personis tribus equestribus vel pedestribus per annum unum. 1470 Okt. 19.

Registro ducale Nr. 124 Fol. 161.

57. 1471 Dezember 31. Ebenso nobili Johanni Cliebr de Bavaria familiari et subdito ill. ducis Alberti de Bavaria cum famulis seu sociis 3. valiturae annos 3. 1471 Dez. 31.

Ebda. Fol. 227.

58. 1473 Januar 3. Concesse fuerunt littere passus Thome Tancer Theotonico ituro in Ungariam cum personis quattuor. valit. anno uno. 1473 Jan. 3.

Registro ducale 117 Fol. 270.

59. 1473 Januar 24. Ebenso Jacobo Teybler Alamanno de Plannaro magistro organorum cum sociis 2. valit. annos 3. 1473 Jan. 24.

Ebda. Fol. 317.

Digitized by Google

**60. 1475 März 22.* Concesse fuerunt litere passus in forma Gotofredo de Alamania cum omnibus personis et fulconibus(?). valitura annos tres. Datum Vigil. die XXII Martii 1475.

Reg. ducale Nr. 49 Fol. 148.

**61. 1475 April 5.* Concesse fuerunt littere passus in forma Petro de Langhut mercatori Alamano cum socio uno. Valit. annis duobus. Datum Vigil. die V. Aprilis 1475.

Reg. duc. Nr. 49 Fol. 156.

**62. 1475 Mai 15.* Dux Mediolani etc. Cum in aliqua dubitatione esse videantur nobiles Lucas et Matheus Fuchir de Auspuch de Allamania cives et merchatores nostri Modiolani, ne sibi ac bonis et mercibus suis communiter vel divisim, que in dies in dominio nostro reperiuntur, aliqua molestia inferatur et propter id a nobis salvum conductum peterent . . tenore presentium . . plenum largum et liberum salvum conductum fidemque publicam . . damus et impertimur . . datiis, pedagiis . . dumtaxat exceptis. Datum Papie XV Maji 1475.

Registro ducale Nr. 49 Fol. 211.

**63. *64. 1475 Mai 20. Darunter:* In simili forma per eundem dominum Filippum pro Johanne Ghench et Christano de Ulmo mercatoribus Alamanis.

In simili forma pro Angelo Bruno de Norimberc mercatori Alamano sub die XX Maji 1475.

65. 1479 Januar 24. Concessae fuerunt litterae passus Thomae Tancer mercatori Alamano cum personis quatuor, annis duobus valit. Datum Mediolani die XXIIII Januarii 1479.

Reg. ducale Nr. 43 Fol. 194.

66. 1479 Januar 28. Duces Mediolani. Cum in aliqua dubitatione esse videantur nobiles Lucas et Mattheas Focar de Auspurch de Alamania cives et mercatores nostri Mediolanenses, ne sibi ac bonis suis . . aliqua molestia inferatur, et propterea a nobis salvum conductum petierint . . eundem damus cum contramando mensium trium. Datum Mediolani die XXVIII Januarii 1479.

Ib. Fol. 203.

67. 1479 Februar 7. Concessae fuerunt litterae passus Georgio Uter, Antonino Span et Zanino d'Esperamonte, mercatoribus Alamanis. Sie seien nicht für Schweizer anzusehen. 1479 Febr. 7.

Ebda. Fol. 212. Regest Motta's in Boll. Stor. della Svizz. italiana 13, 183.

Digitized by Google

68. 1479 März 17. Ne Osvald Fister de Sancto Petro propter hos Suytensium et Uraniensium motus in dominio nostro factos dubitet, cum rebus et mercibus suis, ut solebat, in dominium nostrum venire, presentium serie eidem . . damus salvum conductum. D. Med. die XVII Martii 1479.

Ebda.

69. 1479 Juli 16. Duces Mediolani. Ne Georgius Unanguener de Neuremberg Alamanus, qui nuper ad fodiendas mineras argenti, quas concessimus d. Antonio Suinati rectori capelle nostre, venturus est, timeat, eidem damus salvum conductum. Datum Mediolani XV. Julii 1479.

Reg. ducale Nr. 43 Fol. 456.

70. 1486 August 2. Dux Mediolani. Dudum in dicione nostra negotiatur Ludovicus de Sancto Petro Teutonicus, subditus illustrissimi domini archiducis Austrie, nec parvam populis redditibusque nostris affert commoditatem, nunc vero dubitat, ne ob bellum, quod cum quibusdam Teutonicis gerimus, molestia aliqua sibi afferratur. Der Herzog trägt allen seinen Untergebenen auf, ihn frei mit seinen Waren ziehen zu lassen.

Datum Mediolani die 2° Aug. 1486.

Registro ducale Nr. 31 Fol. 36.

71. 1488 November 19. Lettere di passo ai mercanti tedeschi Velini, Velzer, Fister, Picherio, Stebaacher, Forig.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd.

72. 1489 November 25. Salvocondotto a favore di Giovanni Herascher ed Erardo Röthing, perchè possano recarsi a Milano, onde venire a composizione con alcuni mercanti.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd.

73. 1490 Mai 7. Litterae passus: Stephano de Sancto Gallo et Danieli ejus fratri.

Reg. duc. Nr. 60 Fol. 172.

74. 1490 September 25. Salvocondotti per un anno a favore di Gio. Felini e soci di Memina, Enrico Volff (aus Augsburg) e Enrico Fochar di Ausporgho e di tutti i mercanti delle terre libere di Germania di poter venire qui insieme o separatamente.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd.

75. 1494 Januar 12. Salvocondutti a favore di Gabr. Ghengher d' Ulma e soci, non che a favore di Pietro Studli e Antonio Pessem di Memina.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd.

Digitized by Google

76. 1494 Januar 12. Dem Herzoge hatten Gabriel Ghenger de Ulmo et consortes Alamani mercatores die Supplik überreicht, er möge ihnen für sich und ihre Waren freien Verkehr im Mailändischen gewähren, diese Bitte erfüllt der Herzog und giebt ihnen einen tutum liberum et amplum salvum conductum. Den Widerruf behält er sich vor.

Datum Vigilivani die 12 Januar. 1494.

**77. 1494 Februar 21.* Vigilia die 22 Februarii facte sunt literae conductus de Ludewico de s. Petro et Nicolao de Nurimbergo mercatoribus Nurimbergensibus pro forma etc. annos duos valit[uris].

Registro ducale Nr. 61 Fol. 168.

78—93. Herzogliche Litterae contra debitores *und Suppliken darum.*

78. Befehl des Herzogs Franz, betreffs der Gesellschaft Hofmann, Keler u. s. w. Mailand 1463 Juni 16.

Franciscus Sfortia . . . . recepimus supplicationes ex parte nonnullorum mercatorum Alamannorum . . . Satis est notorium, quantum utilitatis . . datiis et intratis vestris afficiat pro trafigis et mercanciis, que hincinde conducuntur, illa societas Zireache et Pauli de Hoffoman, Petri de Keler et Conradi dela Ecclesia sociorum et mercatorum Alamanorum et quorum negotia gerit Andreas de Bonsignoribus de Busti civis et mercator Mediolanensis[1], ... cursus mercantiarum sub nomine dicte societatis in dies magis magisque augetur . . . supplicantes Excell. V. per patentes litteras committere . . omnibus . . officiatis . ., quatenus contra dictos debitores dicte societatis . . . jus facere et administrare debeant summarium et expeditum. Dux mandat hoc.

Datum Mediolani die XVI Junii mcccc Lx tertio.

Registro ducale Nr. 102 Fol. 107.

79. Litterae contra debitores für Kaufleute von Ulm und Vaihingen(?) Vigevano 1469 Januar 21.

Der Herzog an den Podestà von Como.

Die edlen Baldesar Fixingher et Christano de Ulmo et Voldrigho Laur de Fayncheu mercadanti Alamani haben angezeigt, dafs ihre Schuldner vier Brüder de Rezonicho, Bürger Eurer Stadt, ihre Schuld nicht zahlen wollen. Sie verlangen, ihre Schuld an einer Schuld, die die Rezonicho ausstehen haben, abzunehmen. Wir befehlen Euch, da

[1] *Derselbe erscheint als Geschäftsführer des* Paolo Hofman, Giorgio Fucerer *und* Corrado degli Ecclesia *nach einer Mitteilung Ghinzonis an Heyd noch 1476.*

Digitized by Google

die Kaufleute uns getreu und wert sind, die Rezonico zur Erledigung dieser Sache anzuhalten. Datum Viglevani die XXI Januar. 1469.

Registro Missive Nr. 89 Fol. 47.

**80. Anordnung wegen Beschwerden von Gilg Musso und Heinrich Fry gegen einen Schuldner. Vigevano 1473 November 12.*

Consilio Secreto.

Gilio Musso et Henrico Franco mercadanti Todeschi ne fanno lamenta, che siando essi creditori de ℔ 810 d'uno Francescho Ruffino Milanese, pare che soto pretexto d'uno salveconduto che li ha facto alchuni soi creditori, vada subterfugendo el pagamento. La qual cosa non ne pare honesta, ne è punto nostra intentione che li mercadanti forasteri, et presertim Todeschi, alli quali volemo che nel dominio nostro se facê omne honesto tractamento et favore, sia facto tal pagamento. Però volemo che statim provedati ch'essi Todeschi siano pagati o accordati in modo che non tornino più da noy, perchè non intendemo che non havendo loro consentito a dicto salviconduto, siano per questo tardati nel pagamento suo, sichè provedite in modo che siano pagati, como havemo dicto di sopra. Dat. Viglevani die XII. Novembris 1473.

per Bill. Cichus.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd aus Reg. Missive Nr. 112 Fol. 330.

81. Die Sache Hans Tuchers von Nürnberg gegen seine Schuldner. Mailand 1475 Juni 17.

Der Geh. Rat an den Herzog. E. Signoria hat uns durch ein Schreiben vom 6. d. M. befohlen, in der Sache des Hanz Thuccher mercadante de Norimbergo zu suchen, dafs ihm Genüge geschehe von Jacomo Moneta oder von Johanne Antonio dessen Sohne. Wir haben die Parteien vorgeladen, da brachten auch die Moneti Briefe von Euch vor, dafs wir die Sache zur Zufriedenheit beider Teile schlichten sollen. Da sie mehr die Kaufleute betrifft, haben wir den Streit zwei Kaufleuten überwiesen, ihn innerhalb 10 Tagen zu entscheiden. Der deutsche Kaufmann war dessen nicht zufrieden, er will zu E. Hoheit kommen, nach Hause reisen und sich auf anderem Wege Recht verschaffen. Datum Mediolani, die XVII Junii 1475.

Pap. Original. Commercio Germania.

*82. *83. Zwei Briefe für Georg Uter und Anton Span. 1481 Januar 17 und 1483 November 4.*

Dux Mediolani. Ut honestis prosequamur favoribus prudentes viros Georgium Uter (Ucer?) et Antonium Span, mercatores Alamanos, veluti

Digitized by Google

eorum liberalis mercatura et singularis in nos statumque nostrum fides et affectio promerentur, pro creditorum suorum ad debitam solutionem prestandam renitentium satisfactione . . mandamus quibuscumque potestatibus . . . ut contra eorum debitores jus ministrent procedendo sumariter . . . . . Presentibus annos duos valituris.

Mediolani die 17 Januar. 1481.

Registro Missive Nr. 120 Fol. 158.

Concessae sunt litterae contra debitores Georgio Uter et Antonio Span mercatoribus Alamanibus. Presentibus annos duos valituris. Mediolani 4 Novembr. 1483.

Reg. ducale Nr. 77 Fol. 284.

84. 1485 Mai 5. Lettera del duca a favore dei Tedeschi Volf e Sceler Auspruch contro i loro debitori.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd.

85. 1487 November 2. Il duca ordina alle autorità di far ragione dalle domande di Gabriele Grenger di Ulma e soci mercanti contro loro debitori. Vi e' inserta l'istanza dei socii.

Mitteilung Ghinzonis an Heyd.

86. 1490 April 30. Herzogl. Privileg für Baldesar Hirmi de Baxilea und Felix Cheler de Surigho Theutonicos, betreffend eine Schuldsache.

Reg. ducale 60 Fol. 167.

87. 1490 Juli 22. Literae contra debitores für Petrus Seidelin et Bernardus Miler Teutonici.

Ib. Fol. 250.

88. Für Balthasar Irmi. Abbiate 1492 Oktober 3.

»Dux Mediolani. Supplicavit nobis nobilis vir Baldesar Hirmi de Basilea, filius quond. domini Johannis, amicus noster carissimus, quod, cum in dominio nostro complures variis ex causis legitimisque potissime mercantilibus debitores habeat, a quibus propter eorum ingratitudinem debitum suum consequi non posset«, mandamus subditis nostris, ut ad omnem instantiam supplicantis contra quoscunque debitores procedant summarie. Presentibus annos 2 proximos valituris. Datum Abiate die 3 Octobris 1492.

Registri ducali Nr. 127 Fol. 264.

Digitized by Google

*89. *90. Für Memminger Häuser.*

Pavia 1493 August 31 und September 13.

Der Herzog von Mailand hat eine Supplik des Petrus Studli de Memina mercator Teutonicus erhalten, der oft viele Waren in des Herzogs Gebiete verführt oder verfahren lässt. Er beschwert sich, dafs die Zollbeamten zu scharf vorgehen. Aus dem Erlasse des Johann Galeazzo von 1392 gehe aber diese Behandlung hervor. Studlin verkauft auf Credit. er nützt dem Lande und wünscht nicht schärfer von den Zöllnern gehandhabt zu werden, als es mit diesen von der herzoglichen Kammer geschieht. Der Herzog schickt, da er weifs, wie viele Waren Studlin verführt, nach Como u. s. w. die Weisung gegen die Schuldner Studlins vorzugehen, wie die Zöllner gegen Studlin vorgehen.

Papie die ultimo Augusti 1493.

»In simili forma Bernardo Meler de Memini et sociis mercatoribus Germanie inferioris die 13 Sept. 1493[1].«

Registri Ducali Nr. 61 Fol. 43.

**91. 1493 Oktober 28.* Die suprascripto facte sunt litere contra debitores Inofrio Ompis et reliquis mercatoribns magne societatis Alamaniae cum actione personali ad beneplacitum valituris.

Papie die 28 Oktobris 1493.

92. 1496 April 22. Supplik des Georgio Futer et compagni mercadanti Alamani, welche eine Reihe von Schuldnern in Mailand haben (Francesco da Meda u. s. w.), welche aber vor den Abbati dei mercatori nicht erscheinen wollen.

Famiglie Futer.

93. Herzog Franz II. für eine Reihe deutscher Geschäftshäuser.

Bologna 1530 Februar 19.

Franz II. Herzog von Mailand giebt auf Bitten der edlen Bartolamei Velzer et sotiorum, Jacobi Velzer et filiorum, Erasmi Fortembach et fratrum, Conradi Hompis et sotiorum, Pahli Sudroff, Joannis Aloysii Dugnani, Stephani Igler, Johanis Bartilolii, Jacobi Zaert et Christofori Coler omnium merchatorum et sotiorum Germanorum, welche im Gebiet von Mailand viele Gläubiger haben, seinen Beamten Befehl auf jede Requision der Kaufleute gegen ihre Schuldner scharf vorzugehen. Der Brief ist ein Jahr gültig. Bononie XVIIII Februarii M.D.XXX.

Pap. Abschrift. Famiglie Velzer.

[1] *Ganz in gleicher Weise ist eine Urkunde für* Antonius Pessem de Memina mercator teutonicus *ausgestellt. Sie ist gültig auf ein Jahr.* 1494 24 martii. *Ebda. Fol. 186.*

Digitized by Google

*94. *95. *96. Herzogliche Privilegien für Thomas im Steinhaus von Constanz. 1463 August 31, 1464 April 17 und 1465 Oktober 8.*

Mediolani die ultimo Augusti 1463. Concessae fuerunt littere familiaritatis et passus Stain Hussler de Constantia Alamano de magna mercatorum societate eundi ad diversas mondi partes cum sociis tribus equestribus sive pedestribus. Valiture annis IIII. Servatis ordinibus pestis.

Reg. Ducale Nr. 103 Fol. 172.

145. Juli 24. Die XXIIII Jullii. Ulrichus Lez de Zuricho filius quondam domini Henrrici mercator et inhabitans terre de Zuricho in Alamania promisit Conrado Bernoldo habitanti Mediolani solvere ad kal. Augusti flor. 441 auri mercato fustaneorum alborum.

testibus Johanne Bruno de Zuricho et Bertholdus Bernoldus de Nurimbergo.

146. Januar 25. Ipso die (Jan. 25). Olricus Vsfogel de Nurimbergo . . et Conradus Bernoldi de Nurimbergo filius quondam item Conradi mercator et habitator Mediolani . . promiserunt domino Filippolo Ceyro mercatori Mediolani solvere ad menses 7 lib. 1615 sol. 13 d. 9 imperialium mercantio fustaneorum alborum.

147. Mai 7. Ipso die (7 Mai). Ölrichus Ysfogel de Nurimbergo . . et Conradus Bernoldus de Norimberg . . habitans Mediolani promiserunt Johanniolo Cunino mercatori Mediolani solvere ad 6 menses lb. 284 sol. 15 imp.

1376.

148. August 2. Die Sabati secundo mensis Augusti Conzman Stromer de Nurimbergo filius quondam domini Conradi mercator et habitans terre de Nurimbergo in Alamannia promisit domino . . . Coyro mercatori Mediolani solvere[a].

149. August 18. Die Lune decimo octavo mensis Augusti. Conradus Cioffer de Baxilea filius quondam item Conradi publicus mercator et habitator terre Baxilee in Alamania mercato fustaneorum alborum, quos emisse confessus fuit a domino Altprando Grasso mercatore Mediolani, promisit solvere ad 6 menses *ft.* 455 sol. 10 imperialium.

150. August 18. Ipso die idem mercato fustaneorum alborum et tinctorum et bombacis, que confessus fuit emisse a Johannino de Raude

[a] *Das nächste zerstört.*

Digitized by Google

cive et mercatore Mediolani, promisit solvere ad 2 menses lb. 211 sol. 5 imperialium.

151. August 20. Ipso die (20 Augusti) Johannes Tierlin de Ulmo filius quondam Gualterii Tierlin mercator et habitator Mediolani porte Cumane parochie s. Thome in cruce Sichariorum nuntius et procurator Maynoli Mantelli filii quondam Jacobi, mercator et habitator terre Lucerie in Alamannia ad hec constitutus, ut constat procuratorio de dato 1381 (!) die Veneris 8 mensis Novembr., mercato fustaneorum alborum, quos emit a Johanina relicta Johannoli dicti Vanini de Birago civitatis Mediolani, promisit se solvere eidem infra 6 menses lib. 1640 sol. 15 imperialium.

152. August 28. Ipso die (August 28) Berzius de Formazo de Luzeria filius quondam Petri mercator et habitator Lucerie in Alamania mercato fustaneorum alborum emptorum a Dionixio de Sonnvecho Mediolani promisit solvere ad 6 menses lb 459 imperialium.

153. August 28. Ipso die Johannes Fun de Luceria filius Olrici mercator publicus et habitator terre Lucerie in Alamania mercato fustaneorum alborum emptorum ab eodem Dionixio promisit solvere ad 6 menses ℔ 229 sol. 10 imp.

154. August 25. Die Lune 25 Augusti Berzius de Formazo ut supra . . . empti a vidua Mediolanensi . . . . 6 menses . . . . . fustanei albi . . . lib. 1608 sol. 15 imperialium.

155. August 25. Ipso die Johannes Fun ut supra . . . empti ab eadem vidua . . . fustanei albi . . . . 6 menses . . . lib. 450 imperialium.

156. Schuldbrief eines Nürnbergers und eines Ulmers gegen einen Mailänder. Mailand 1393 April 26.

Ipso die (vigesimo sesto mensis Aprillis) Johannes Gep de Norimber filius quondam domini Conradi mercator et inhabitator terre de Norimber et Johannes Terlini filius quondam Gualterii mercator et habitans civitatis Mediolani porte Cumane parochie s. Thome in terra Mara uterque eorum pretio medietate fustaneorum alborum promiserunt Gaspirolo . . . . . ***einige Worte völlig zerstört und abgerissen, so daſs der Wortlaut nicht mehr herzustellen ist, als Preis ergiebt sich:*** libr. centum quinquaginta solidos decem imperialium bone monete.

Aus dem Protocollum imbreviationum von 1393 des Notars Oldoni, Francescolo di Maffredoli. Regest: Boll. stor. 12, 235. Arch. stor. lomb. 17, 145

Digitized by Google

157. Schuld des Nürnbergers Georg Zenner. 1418 Juni 20.

Georgius Zener de Nurimbergo filius quondam Johannis habitator in civitate Nurinberge in Alamania promisit obligando etc. Johanni Morexino filio quondam domini Filippi civi et mercatori Mediolani ..... dare et solvere ..... hinc ad menses sex proxime futuros in pecunia numerata tantum libr. 105 imp. pretio et merchato fustaneorum tinctorum.

Notar: Honrigolo da Sartirana. Regest Motta's, das, wie alle folgenden sich möglichst an den Wortlaut anschliefst und nur nebensächliche Punkte und Formeln der Vorlage kürzt.

158. 159. Schuldbriefe von Mailändern gegenüber dem deutschen Fritscho. Mailand.

158. 1434 Mai 24. Johannes de Venzago porte Ticinensis s. Euffemie Mediolani ..... promisit obligando se etc. pignori etc. Frizio de Alamania filio quondam domini Conradi porte Romane, parr. s. Satiri Mediolani presenti, stipulanti et recipienti, ita quod dictus debitor dabit et solvet ..... in bona pecunia numerata tantum et non in alia et hinc ad festum sancti Michaelis proxime futurum libras 57 et sold. 7 imp. bone monete Mediolani nunc currentis cum omnibus expensis, dampnis et interesse, que proinde fierent et patientur. Quos quidem denarios dictos debitor fuit contentus et confessus dare debere et tenere dicto creditori pretio et merchato et occasione pellium schnyrorum (sic) per ipsum creditorem ipsi debitori datarum traditarum et venditarum.

Not. Pietro Regna. Regest Motta's.

159. 1434 Juli 19. Marcholus de Bexana filius quondam domini Gasparis, porte Nove parr. s. Eusebii Mediolani promisit etc. pignori Frizio de Alamania filio quondam Coradi porte Romane, parr. s. Satari Mediolani .... hinc ad festum sancti Michaellis proxime futurum libras 133 sol. 17 et den. 6 imp. cum omnibus expensis causa pellium cuxetarum sibi datarum et venditarum.

Not. Pietro Regna. Regest Motta's.

160. Schuldbrief eines deutschen in Mailand wohnenden Wollkratzers. Mailand 1441 Mai 10.

Nicolaus de Bruges filius quondam Jacobi porte Horientalis, parr. s. Stefani in Brolio intus magister garzandi et cimandi barettas lane promixit obligando etc. domino Dominicho de Bolate filio quondam d. Stefani civi et mercatori Mediolani, porte Romane, parr. s. Johannis ad fontes presenti et stipulanti dare et solvere dicto creditori hinc ad menses

Digitized by Google

quatuor proxime futuros in pecunia numerata tantum lib. 98 et sol. 7 imp. pretio et mercato auri, argenti et aliarum rerum.

Notar. Onrigolo da Sartirana. Regest Motta's.

161. Schuld eines in Mailand wohnenden Kölners. Mailand 1442 Februar 23.

Antonius de Colognia filius quondam d. Johannis, porte Verceline, parr. s. Victoris ad theatrum promisit etc. pignori Filipo Morexino filio domini Johannis porte Horientalis parr. s. Babile presenti et has promissionem, obligationem et securitatem stipulanti et recipienti nomine et vice et ad partes et utilitatem dicti domini Johannis patris sui . . . . . , quod ipse Antonius debitor dabit et solvet dicto domino Johanni creditori vel suis heredibus . . . . . per terminos infrascriptos libras 53 imp.; und zwar die ½ binnen 3 Monaten und die andere Hälfte binnen 6 Monaten cum omnibus expensis, dampnis et interesse — quos denarios dictus debitor ad petitionem et requisitionem dicti Filipi presentis . . . . . dixit et protestatus et confessus fuit et confitetur, se dare debite et tenere dicto creditori occaxione et pro pretio et merchato croxolorum a fabris eidem debitori per dictum creditorem dati, traditi et venditi.

Not. Giovanni Sansoni. Regest Motta's.

162. Abrechnung zwischen einem im Aosta-Thal wohnenden Deutschen und einem Mailänder. Mailand 1445 Dezember 20.

Dominus Andulfus de Essa de Alamania filius quondam domini Johannis habitans in terra de Castiliono Valis Auguste diocessis Auguste confessus fuit et contentus, se recepisse et habuisse a domino Johanne de Fagniano filio quondam d. Jacobi porte Vercelline parr. s. Marie ad portam ibi presente et hanc confessionem stipulante et recipiente libr. 679 imper. bone monete Mediolani pro parte solutionis illarum libr. 1200 imper., in quibus dictus dominus Johannes se et bona sua pignori obligavit dicto domino Andulfo, dare et solvere dicto domino deinde ad certum terminum appositum pretio et mercato auri et argenti seu alia occaxione etc, prout in eo instrumento promissionis et obligationis plenius continetur rogato ut dicitur per Thomasum de Trincheriis notarium Mediolani anno et die in eo contentis. Computans tamen in presenti solutione et confessione libr. 400 imper. aliax per dictum dominum Johannem seu alium ejus nomine dicto domino Andulfo numeratis, prout in libro prefati domini Johannis anni cursi Mcccc°xl tertii proxime passati vel circha contineri reperiatur, nec non petia una veluti cremesilis ipsi domino Andulfo per eum dominum Johannem seu alium ejus nomine die hodierna

Digitized by Google

data et vendita pretio et merchato libr. 279 imp. Reservans etc. ac promittens etc.

Actum Mediolani utsupra etc.

Not. Raffaele Cermenate. Regest Motta's.

163. Schuldbrief gegen die Gesellschaft des Hans Müller von Nürnberg. Mailand 1461 Januar 7.

Christoforus de Coppa, filius M. Antonii porte Horientalis parr. s. Marie passerele e mandato a dicto suo patre ..... obligavit presentia et futura pignori etc. Johanni de Ramperger filio quondam Henrici habitantis Nurimberge, factore et negotiorum gestore infrascriptorum sotiorum ibi presenti, stipulanti et recipienti nomine et vice et ad partem et utilitatem Anz Muler et sotiorum Teutonichorum et partem(?) Johannis dictis Anzoni et sotiis et item dictis Anzoni et sotiis, quod dicti debitores dabunt et solvent dictis Anzoni et sotiis creditoribus ..... in bona pecunia ..... dictus Christophorus ducatos XXIV auri in auro et sol. XXI, que fatiant libr. 89 sol. 17 imp.; dictus vero Antonius ducatos XXIV auri .... hinc ad festum Pasche Resurrectionis domini nostri Jhesu Christi proxime futurum ..... occaxione tante quantitatis araminis per dictum factorem nomine dictorum utsupra creditorem dictis debitoribus dati traditi et venditi et consignati.

Not. Giov. Scazosi. Regest Motta's.

164. Schuld eines Mailänders bei der Humpisgesellschaft. Mailand 1461 Oktober 24.

Dominus Baldesar de Porris filius quondam d. Jacobi, porte Ticinensis, parr. s. Sisti Mediolani promixit obligando etc. Thomaxio de Constantia Teutonico filio quondam domini Apolon mercatori Mediolani porte Nove parr. s. Fidelis presenti et stipulanti suo nomine proprio et item nomine et vice et ad partem et utilitatem Yosompis et sotiorum Teutonicorum dare et solvere eis creditoribus hinc ad menses decem proxime futuros in pecunia numerata tantum libras trecentum triginta unam et sol. quinque imper. bone monete Mediolani pretio et mercato lotoni.

Not. Lancellotto Sudati. Regest Motta's.

**165. Der deutsche Christoph erkennt die Schuld eines von ihm beerbten Mailänders an. Mailand 1462 Januar 4.*

Christoforus de Alamania filius quondam domini Frizii ac heres testamentarius quondam magistri Antonii de Binago, ut constare dixit

Digitized by Google

publico instrumento testamenti rogato et tradito per Antonium de Lomeno notarium Mediolani anno et die in eo contentis, porte Romane parr. s. Johannis Itolani Mediolani promisit et vadiam dedit et se et omnia ejus bona etc. pignora obligavit domino Ambrosio Sore filio quondam domini Martini civi et mercatori Mediolani porte Cumane parr. s. Marie secrete dare et solvere ei creditori aut ejus heredibus aut suo legittimo procuratori hoc instrumentum defferenti ad et per terminos infrascriptos in pecunia numerata tantum libras 60 imper. bone monete Mediolani, videlicet tertiam partem horum denariorum ad festum Pasce majoris Ressurectionis domini nostri Yhesu Christi proxime futurum, aliam tertiam partem ad festum sancti Joh. baptiste proxime futurum et reliquam tertiam partem ad festum sancti Michaelis proxime futurum cum omnibus expensis etc..... quos denarios dictus debitor etiam ad petitionem instantis et requirentis dixit et protestatus ac contentus et confessus fuit et protestatur dicit et confitetur se eidem creditori dare debere et tradi velle causa et occaxione et pro pretio et mercato braxili dati traditi et venditi per dictum creditorem dicto quondam magistro Antonio de Binago.

Not. Lancellotto Sudati. Regest Motta's.

166. Paul Hofmann von Nürnberg stellt eine Prokura aus. Mailand 1462 Februar 5.

Paulus Hoffaman filius domini Jacobi Teutonichus mercator porte Romane, parr. s. Nazarii in Brolio voluntarie et omni modo etc. fecit et constituit ser Andream de Bust filium quondam d. Johannis ..... spetialiter pro suo nomine ..... ad petendum et exigendum de et tot id, quod ipse habebit et debebat a qualibet persona etc. — Quittungen herzustellen, etc. etc.

Not. Giovanni Scazosi. Regest Motta's.

167. Der Kemptener Heinrich Vogt bestellt bei einem Mailänder Waffenschmied Rüstungen. Mailand 1462 Februar 22.

Dominus Henricus Fogt filius domini Georgii habitans in terra Campidie Alamanie parte una et Petrus Innocentis de Faerno filius quondam domini Johannis porte Romane parr. s. Marie Beltradis Mediolani parte altera se se convenerunt et conveniunt et pacta et conventiones fecerunt et fatiunt inter sese vicissim per eas partes inviolabiliter attendendas observandas et adimplendas ac executioni mandandas, hoc modo videlicet quod dictus Petrus Innocentius teneatur et debeat dare, tradere et consignare dicto domino Henricho hinc ad mediam quadragesimam proxime futuram et ad tardius hinc ad festum Pasche Ressurect. domini

Digitized by Google

nostri Yhesu Christi payra duo bardarum ab equo azalis, unus quorum sit et esse debeat a millite et aliter a schuderio, et pro unoque payro dare debeat unum eollum et unam testeram et ultra predicta dare debeat duas testeras et payrum unum spalaziorum, que fiunt et fatiunt in summa duas croperas et duo peetorales et duos collos et quatuor testeras et payros VI spallaziorum. Et dietus dominus Henrichus teneatur et debeat dare et solvere pro predictis et omnium predictorum dicto Petro Innocentio libras centum imper., videlicet in qualibet hebdomada libr. quatuor imper., usque quo erunt complete dicte res, de quibus fit menzio et quando erunt complete teneatur dare id, quod restaverit usque ad eompletam solutionem dictarum libr. centum imper. Actum in Brolleto novo comunis Mediolani.

Not. Giovanni Scazosi. Regest Motta's.

168. Schuldbrief eines Nürnbergers wegen Messing.
Mailand 1462 April 27.

. Gaspar de Nurimbergo filius quondam domini Antonii porte Romane parr. s. Joh. Ytolani Mediolani promixit obligando etc Johanni Bilie filio quondam domini Antonii civi et mercatori Mediolani porte Horientalis, parr. S. Zenonis in pasquirolo presenti etc. dare et solvere eidem creditori hinc ad menses decem proxime futuros in pecunia numerata tantum libras 65 imper. bone monete Mediolani pretio et mercato auricalchi.

Not. Lancellotto Sudati. Regest Motta's.

169. Lukas Fugger von Augsburg stellt einem Mailänder Vollmacht aus.
Mailand 1474 Januar 4.

In nomine domini anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, indictione septima, die Martis quarto mensis Januarii, Luchas Fochar de Hiuspurg filius quondam domini Andree Teutoniehus porte Romane parochie sancti Nazarii in Brollio fecit, constituit et solempniter ordinavit et facit, constituit et solempniter ordinat dominum Andream de Bonsignoribus de Busti filium quondam domini Johannis dictar. porte et parochie ibi presentem ..... spetialiter ad procuratorio nomine suprascripti constituentis ..... quidquid dictus eonstituens habere debet a quacunque persona, quacunque causa et occasione, tam cum carta, scripto, libro, scriptura ac ratione et ac literis cambii vel aliter.

Not. Giovanni Scazosi. Regest Motta's.

Digitized by Google

**170. Vertrag über die Lieferung von Baumaterialien durch Berndard von Nürnberg. Mailand 1477 März 29.*

Nobilis dominus Petrus de Figino[1] filius quondam domini Johannis porte Horient., parr. s. Tegle Mediolani pro una parte et Bernardus de Nurimbergo filius quondam domini Antonii porte Romane parr. s. Johannis Ytolani Mediolani ex altera voluntarie etc. omnibus etc. fuerunt et faciunt infrascripta pacta, conventiones etc. ut infra videlicet.

Primo quod dictus d. Petrus teneatur dare et ex nunc dictus Bernardus ibidem presentialiter etc. recepit et habuit bombaxinas viginti-quinque ad computum librarum sedecim imper. pro qualibet earum a dicto d. Petro, que bombaxine ad dictum computum ascendunt ad summam librarum 400 imp. bone monete Mediolani currentis. Et quas bombaxinas XXV ascendentes ad dictam summam utsupra dictus Bernardus ad instantiam dicti domini Petri ibi presentis et constituentis et confessus fuit et confitetur se recepisse etc.

Item pacto inito, quod dictus Bernardus ad incontrum et loco dictarum bombaxinarum ad dictum computum utsupra teneatur dare et consignare prefato d. Petro, et ex nunc dictus Bernardus promisit etc. dicto domino Petro presenti etc. quod dabit et consignabit tot et tantas quantitates cuporum et laterum seu lapidum et medonzinum que ad computa infrascripta ascendant ad summam libr. 400 imp., videlicet cupi ad computum libr. octo imper. pro quolibet miliari, lapides grossi pro intanando ad computum libr. decem imp. pro quolibet miliari, medonzini ad computum libr. decem imper. pro miliari et lapides forti ad computum libr. sex. et sol. X imp. pro miliari. Et hec omnia consignat expensis dicti Bernardi et nom. dicti Petri in et super platea Arenghi Mediolani deversus et apud domus habitationis dicti d. Petri. Et que quantitates cuporum, laterum et medonzinium sint fortiter merchantesche et bone. Et que quidem quantitates cuporum, laterum et medonzinium debeant consignari et ita promittit ipse Bernardus dicto d. Petro presenti hoc modo et per hos terminos videlicet miliaria quinque cuporum miliaria tria medonzinium miliaria ii lapidum grossorum et ressidum usque ad computum (completum?) dictarum libr. cccc° imper. detur et consignetur in tot lapidibus fortis merchanteschis utsupra consignando in terminis prout in infrascripto proxime pacto continetur.

Item pacto utsupra, quod dictus Bernardus teneatur consignari facere predicta quantitates cuporum medonzinium et lapidum merchantescharum

[1] *Ist Figino, der den seither berühmt gewordenen »Coperto dei Figini« erbaute. Die in diesen Kontrakt erwähnten Baumaterialien scheinen eben für diesen Coperto angewendet zu sein. Bemerkung von E. Motta.*

Digitized by Google

et ad computa utsupra et supra dicta platea Arenghus utsupra hoc modo videlicet navetum unum lapidum fortis que sint miliaria a VI usque in VII vel circa per totum mensem Maji proxime futurum et ressiduum dictarum quantitatum lapidum, cuporum et medonzinium per totum mensum Junii proxime futurum. Et ita ipse Bernardus promittit facere utsupra.

Item pacto inde quod quatenus dictus Bernardus non det et consignet dictas quantitates rerum dandas per dictum Bernardum utsupra, infra dictum etc., quod eo in casu dictus Bernardus teneatur et obligatus sit et ex nunc promittit etc. dicto d. Petro presenti etc. dare dicto d. Petro presenti etc. in pecunia numerata etc. dictas libras 400 imp. seu illam partem que restaret ad dandum et consignandum in cupis et medonzinibus et lateribus utsupra, aut eos denarios seu restum etc. possit ipse d. Petrus accipere ad interesse.

Renuntiando etc. Quare dicte partes promisserunt etc. vicissim et obligando etc. vicissim etc pignori et sibi vicissim etc.

Notar Maffeo Suganaffi. Abschrift Motta's.

171. Lieferungsvertrag für Schellen und Löffel.

Mailand 1479 März 17.

»Promixit etc. Bernardus de Nurimbergo filius quondam domini Antonii porte Ticinensis parr. s. Johannis Itolani domino Donato de Carugo ..... hinc ad et per terminos infrascriptos dare libras 709 et sol. 12, den. 6 imp. aut tantam quantitatem sonalium ascendentem ad summam librar. 500 imper. et pro pretiis infrascriptis videlicet quartam partem in sonaliis argenteatis merchadanteschis a sparaverio pro pretio soldi unius imper. pro quolibet pari et residuum dictarum librarum 500 imp., medietatem in tanta quantitate sonalium a mulla merchadanteschis pro soldis 70 imp. pro qualibet grossa et aliam medietatem in sonaliis ab aquila et cifalcho pro medietate pro soldis 50 imp. pro qualibet grossa. Et residuum dictarum librarum 709 sol. 12 et den. 6 imp. videlicet a dictis libris 500 imp. supra in tanta quantitate cochlearium lotoni bonorum et merchandanteschorum de onziis octo et onz. septem pro medietate pro qualibet donzina pro soldis 80 imp. pro qualibet grossa«. Die Hälfte »ad festum sancti Michaelis prox. futurum« abzuliefern; die andere Hälfte »ad annum unum prox. futurum«. Und diese Ablieferung »causa et occaxione et pro pretio et mercato tante quantitatis pulveris grane, scharlate, capritorum et felle per dictum creditorem eidem debitori dati traditi et venditi«.

Not. Antonio da Birago. Regest Motta's.

Digitized by Google

*172. *Anton Fugger mahnt namens der Vöhlin'schen Gesellschaft die Vorsteher der herzoglichen Münze zur Zahlung einer Schuld.* *1492 Februar 27.*

»Cum hoc sit quod dictus Antonius Fonger Alamanus suo et nomine dominorum Johannis Felin et sotiorum Alamanorum et seu dicti sotii Alamani sint et restent creditores spectabilium dominorum Johannis Antonii et fratrum de Castiliono filiorum quondam d. Johannis Petri, et Johanis Morexini exercentium seu fabricari fatientium ducales monetas in ducali cecha Mediolani, de libris duabus milibus ducentum viginti duabus sold. octo et denariis duobus imper. pro et occaxione resti marchorum tercentum nonaginta quatuor onziarum quinque denar. undecim granorum sex et quartorum trium unius grani, argenti ferri dati et venditi per dictum Antonium suo et dicto nomine ipsis sotiis seu alteri eorum, et etiam elapsus sit tempus solvendi ipsos denarios cumque ipse Antonius suo et dicto nomine intendit petere et consequi contra ipsos debitores omnes expensas dampna et interesse.

Cumque pluries et pluries instantissime ipse Antonius Fongus requisiverit dictis dominis Johanni Antonio et sotiis dictos denarios sibi restantes ac satisfactionem suam, tamen usque quaque eos et ea habere et consequi non potuerit, in maximum dampnum ipsi dicti Antonii et sotiorum suorum Alamanorum, modo autem in presentia mey notarii et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum, suprascriptus Antonius Fonges[a] Alamanus filius quondam d. Andree de presenti moram trahens in hospitio putey porte Ticinensis Mediolani, suo nomine proprio et item nomine et vice suprascriptorum domini Johanis Feli et sotiorum omnibus modo jure via et forma quibus melius potuit et possit videlicet ad omnem bonum finem et effectum, quod melius dicto Antonio suo et dicto nomine prodesse et proficere possunt, et ut suprascripti et infrascripti d. Joh. Antonius et fratres de Casteliono et dominus Johanes Morexinus nec aliqui nec aliquis eorum quibus denuntiatur et requiritur ut infra, aliqua aliquo futuro tempore pretendere queant ignorantiam vel fori exceptionem: Accessit ad locum deputatum, ubi fit et hactenus factum fuit cecha ducalis sita in porta Vercellina parr. s. Mathie in moneta seu sancte Marie pedonis Mediolani et in quo loco seu sedimine habitat dictus dom. Johannes Morexinus, et ibidem ad ipsum locum et in ipso loco sito utsupra, presentibus, audientibus et inteligentibus de habentibus inde circha suprascriptus Antonius Fonger, volens et intendens recedere a Mediolano de presenti, et non intendens sustinere expensas super dicto hospitio,

[a] *Oder* Fungus.

Digitized by Google

dixit, denuntiavit inthimavit et notificavit et dicit, denuntiat, inthimat et notificat dictis dominis Jo. Antonio et fratribus de Castiliono ac domino Joh. de Morexinis fabriceriis dicte ceche utsupra et cuilibet eorum insolidum predicta omnia et singula utsupra narata. Et ulterius ipse Antonius petiit et requisivit, seu petit et cum instantia requirit a dictis de Castiliono et de Morexinis, ut vellint, nulla alia denuntiatione nec requisitione expectata, solvere et satisfacere dicto Antonio suo et dicto nomine dictas libras II m et XXII sold. VIIII den. II imper. restantes utsupra, et de quibus ipse Antonius est creditor utsupra. Et ulterius ipsi de Castiliono et de Morexinis vellint et debeant solvere et satisfacere dicto Antonio omnes et singulas expensas debitas, factas super dicto hospitio a die more solutionis fiende de dictis libris II m et XXII sol. VIII den. II imper. citra, ac alias que fient usque ad diem integre satisfactionis ipsius Antonii. Alioquin ipse Antonius suo et dicto nomine utsupra protestatus fuit et protestatur contra dictos fratres de Castiliono et dictum Johannem de Morexinis et quemlibet eorum et qui fuerunt et sunt in mora, de omnibus et singulis expensis, dampnis et interesse tam factis et passis quam fiendis et fatiendis, quas loco et tempore debitis intendit agere et consequi. Et quod per ipsum Antonium non stetit nec remanet nec stabit nec remanebit quoad dicte libre II m et XXII sold. VIII den. II imper. accipiantur, offerens ipse Antonius facere et adimplere versus dictos de Castiliono et de Morexinis omne et totum id quod et ad quod de jure tenetur.

Et de predictis rogatus fuit per me Joh. Jacobum de Scaravaziis notarium Mediolani publicum confici debere instrumentum unum et plures tenoris ejusdem, omisso exemplo finis citationis et requisitionis, ad dictum locum utsupra nominatum sit utsupra et prout utsupra.

Actum ad dictam cicham sytam utsupra presentibus Johanne Angelo de Habiate dicto de Laude filio d. Beverardi porte Ticinensis parr. s. Marie beltradis et Ambrosio de Sansonibus filio domini Francisci porte Nove parr. s. Andree ad passerelam novam et Bernardus de Cribelis filius quondam domini Christofori porte Ticinensis parr. s. Sebastiani testibus notis, idoneis.

Notar Gio. Giacomo Scaravaggio. Abschrift Motta's. Regest in Motta, Documenti Viscontei-Sforzeschi per la storia della Zecca di Milano. Milano, Cogliati 1896 S. 181.

173. Schuldbrief des Heinrich Zähringer von Nürnberg. Mailand 1498 September 17.

»Dominus Henricus Zeringher de Nurimbergo filius quondam domini Andree, porte Horientalis parr. s. Georgii ad putheum album« verspricht dem »Christophoro de Porris filio quondam domini Jacobi porte Romane,

Digitized by Google

parr. s. Eufemie intus« »ad festum nativitatis domini prox. futur.« zu zahlen »libras 193 sol. 19 et den. 9 imper. debitas occaxione quantitatis merziun .... per dictum venditorem datarum prout etc.«

Not. Gio. Angelo Fassati. Regest Motta's.

174. Ein Vertreter der Welser und Vöhlin erteilt eine Quittung. Mailand 1499 Dezember 29.

»Dominus Antonius Longhus filius alterius domini Antonii p. Romane, parr. s. Johannis ad concham Mediolani« bekennt in besonderem Auftrage »Antonii Belzer et Conradi Felini et sotiorum merchatorum Alamanorum« »recepisse a magistro Johanne de Luono filio quondam domini Jacobi porte Cumane parr. s. Carpofori intus ..... libras 200 imper. et hoc pro parte solutionis instrumenti unius obligationis facte per dictum magistrum Johannem dicto domino Antonio et dicto nomine rogati per me notarium infrascriptum«.

Notar Sigismondus de Cirexiis. Regest Motta's.

175. Gesellschaftsvertrag zwischen Mailändern und einem Bürger von Ofen. Mailand 1500 August 8.

»Sotietas et compagniam inter sese fecerunt et fatiunt Johannes et Rizardus fratres de Petra filii quondam domini Petri porte Cumane, parr. s. Michaelis ad Galum Mediolani suis nominibus propriis et item nomine et vice et ad partem et utilitatem Ambrosii de Petra eorum fratrum fratris, pro quo Ambrosio fratre suo dicti Johannes et Rizardus promisserunt et promittunt de rato habendo etc. parte una et Martinus Penni civis Budensis de Ongaria habitator dicte civitatis Bude ad beatam Virginem et de presenti moram trahens in civitate Mediolani in porta Romana parr. s. Galdini Mediolani parte altera.

Imprimis quod dicte ambe partes teneantur et obligate sint ire cum sotietate ad partes Ungarie et alibi ubi melius eis partibus fore lucrum et placuerit ad exercendum eorum personas in merchantiis quibus melius dictis partibus placuerit.«

Die Gebrüder Petra tragen zu der Gesellschaft *ut.* 400 imp. bei, »lucrum« et »delucrum« »ex dicta societate« pro medietate« dividetur. »D. Martinus« »teneatur in dicta sotietate solummodo exercere personam suam«. »Quod dictus d. Martinus teneatur tenere unum librum et dictus Johannes unum aliud librum, super quibus libris anotentur lucra et delucra ac expense.« »Quod dicti fratres teneantur et obligati sint in secundo itinere, si lucrum aderit in primo itinere, ponere in dicta sotietate libr. de capitali 800 imp., que dividuntur postmodum lucro et delucro.« »Que

Digitized by Google

sotietas duret ad minus 4 annis proxime futuris et incepta est die hodie.« »Item quod liceat dictis fratribus si eis placuerit unam aliam personam cum dicto d. Martino loco et scontro dictorum fratrum de Petra seu alterius eorum.«

Notar Filippo Marliani.. Regest Motta's.

176. Anna Ungelter [aus Ulm?] tritt ihren Dotalbesitz an. Mailand 1510 November 20.

»Domina Anna Unghelter Alamana filia quondam domini Valterii et uxor relicta quondam Christofori de Quadrellis de Cassano, porte Ticin. parr. s. Sebastiani Mediolani« ».... accessit ad infrascripta bona mobilia et illa apprehendidit vigore dictorum dotis et jurium suorum dotalium.«

Folgt das Inventar des Mobiliars, Kleider etc. nach Zimmern, Küche, »Fondegho« geordnet.

Notar Cosma Brenna oder Bonifortе Gira. Mitteilung Motta's.

177. Ein Faktor der Fugger stellt einen Bevollmächtigten auf zur Wiedererlangung einer Ladung von fünfzig Sack Pfeffer, die in Lissabon geladen worden, mit dem Schiffe aber von einem Bewohner von Nizza weggenommen waren. Mailand 1511 Februar 14.

Circumspectus vir dominus Pandulfus dictus Volfganghus Moringher de Burghausen filius quondam domini Steffani rescidens in civitate Mediolani porte Ticinensis parr. s. Maurilii intus procurator specialis circumspecti viri domini Udalrici Fugger civis Augustensis et fratrum, ut constat mandato rogato per Udalrichum Paur notarium seu clerichum Augustensem die secundo Augusti 1509 seu anni etc., voluntarie etc. Et omnibus modo etc. fecit et substituit in suum dicti nomine procuratorem specialem d. Jo. Leonardum de Rimisis noncupatum fra de leva filium quondam domini Michaelis porte Romane parr. s. Nazarii in Brollio Mediolani spetialiter ..... ad exigendum et procedendum contra Gulielmum Janfrè de Villafrancha de Nixa seu Nicia et contra navim repertam pennes eum et, que navis fuit Martini et ocee aperex dorinnda (sic) et etiam contra quamlibet aliam personam et precipue contra dictum Martinum et quelibet alia hinc proinde obligata pro recuperatione seu exactione sachorum quinquaginta piperi seu ejus valoris et seu illius partis dicti piperi pervente in suprascriptos seu aliquem vel aliquos et qui piper erat dicti d. Udalrici Fugger et per eum seu agentes pro eo oneratum fuerat in portu Lisbone Portusgalli et seu prout in facto reperiatur et debebat consignari Franc. Albertinelli civi Marsilie et seu

Digitized by Google

prout in facto et proinde ad levandum quascumque sequestrationes et petendum antedictum piperem seu ejus pretium contra suprascriptos et quamlibet aliam personam. Item ad faciendum confessum etc. Item ad componendum et concordandum etc.

Actum in domo habitationis dicti substituti etc.

Unter den Zeugen: »Georgio Mielich filius quondam alterius Georgii porte Ticinensis parr. Maurilii«.

Not. Cosma Brenna. Regest Motta's.

178. Ein Faktor der Fugger mahnt die Pächter der Mailänder Münze. Mailand 1511 Dezember 12.

»In presentia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum domini Gregorius Stubmer filius domini Pauli de presenti moram trahens in porta Ticinensi parr. s. Maurillii intus procurator seu agens nomine domini Jacobi Focher et nepotum Alamanorum omnibus modo, jure, via et forma quibus melius potuit et possit ..... accessit ad domos predicte regie et ducalis ceche sytas in porta Ticinensi parr. s. Mathie in moneta Mediolani ..... de novo inthimavit dictos incantatores et sotios predicte ceche, quatenus vellent solvere et satisfacere dicto domino Gregorio dicto nomine de marchis quinque centum viginta novem, onz. duabus denar. XX^{ti} et granis septem argenti ad computum de ducatis sex a sol. 93 imp. pro singulo ducato pro singulo marcho argenti et sol. quatuor imper. pro singulo marcho ultra dictos ducatos sex dicti valoris, quod tot pretium ascendit ad summam libr. quindecim mille centum quinquaginta quinque sol. decemseptem, den. novem imper.«

Not. Cosma Brenna. Regest Motta's.

179. Philippus und Bartholomäus Doria kaufen von den Welsern Zinn und geben dafür Schuldbriefe und Wechsel auf die Erben eines Mailänder Wechslers. Mailand 1513 November 17.

»Cum sit quod domini Filippus et Bartholomeus ambo de Auria dederunt et vendiderunt ad credentiam domino Jacobo de Bossiis olim publico campsori Mediolani ballam unam sirici seu sette taverne ponderis librarum 255 a libris septem impr. pro libra que fatiunt libras 1785 imper. .....«

»Cumque sit quod prefati domini Bartholomeus et Filippus dederint et vendiderint ad credentiam dicto quondam domino Jacobo petias centum quinquaginta valexiarum albarum ad computum librarum tredecim imp. pro petia que fatiunt libras 1950 imper. ....«

Digitized by Google

»Cumque prefati de Auria essent creditores dicti nunc quondam domini Jacobi de Bossiis de dictis duabus summis denariorum utsupra expressis et etiam de aliis libris 435 sol. 16 et denariis 3 imper. occaxione resti marchorum quinque denariorum trium et granorum quinque auri vigore litterarum cambii facti sub die trigesimo Augusti 1512 in terra Lugduni a ducatis 72 pro marcho per Benedictum de Nigro et Julianum de Grimaldis solvendi per dictum quondam Jacobum et per dictum quondam Jacobum acceptati sub die secundo Decembris 1512, et pro quibus libris 435 sol. 16 et den. 3 imper. seu pro parte ipsarum et aliquali cautione prefatorum de Auria ipse dominus Jacobus dederit et assignaverit dicto nunc quondam domino Francesco de Villanova certum capitium brochati aurei brachiorum 15 vel circa, que petia brochati est nunc penes dominum Antonium de Abdua. Ad effectum predictum modo prefati domini ..... de Auria ..... fecerunt et fatiunt assignationem et datum titulo et ex causa venditionis seu cambii domino Bernardo Mayetino Theutonico filio quondam domini Filippi porte Verceline parr. sancti Victoris ad theatrum Mediolani ibi presenti, stippulanti suo nomine proprio et nomine et vice domini Antonii Velzer et sotiorum Alamanorum et pro se et pro eis et etiam tanquam procuratori prefatorum dominorum Antonii et sotiorum, nominative in una parte de dicto credito libr. 1785 imper., de quibus prefati domini de Auria erant creditores dicti nunc quondam domini Jacobi de Bossiis olim campsoris publici Mediolani et nunc ejus heredum occaxione dicte balle sirici seu sette taverne; item in alia parte de dictis aliis libris 1950 imp. ..... occaxione dictarum petiarum 150 vallexiarum albarum; item in una alia parte de dictis aliis libr. 435 sol. 16 den. 3 .....« Item de jure petendi et consequendi ipsas tres summas denariorum utsupra debitas et assignatas contra dictos heredes dicti nunc quondam domini Jacobi ..... Cedendo, dando atque mandando et cesserunt, dederunt atque mandaverunt et cedunt, dant atque mandant dicti domini Filippus et Bartholomeus dicto domino Bernardo presenti, stippulanti et recipienti suo et dicto modis et nominibus quibus supra omnia jura omnesque actiones et rationes utiles et directas, reales et personales, mistas et accessorias atque ipothecarias etc. etc..... Quamquidem assignationem ..... fecerunt ..... pro pretio et merchato et seu in cambium et permutationem tante quantitatis stagni per prefatos de Auria habiti a dicto domino Bernardo pro pretio et merchato totidem librarum 4170 sol. 16 et denar. 3 imper.

Not. Nicolao Omodei. Regest Motta's.

Digitized by Google

180. Arbeitsvertrag eines deutschen Wollwebers.

Mailand 1521 Juli 1.

»Nobilis dominus Joh. Antonius de Alamania filius quondam domini Ambrosii porte Romane, parr. s. Johannis Itolani Mediolani parte una et Christoforus de Belonibus filius quondam domini Jacobi porte Ticinensis parr. s. Ambrosini in solayrolo Mediolani parte altera, voluntarie etc. Et omnibus modo etc. fecerunt et fatiunt pacta et conventiones inter sese bona fide etc. In primis quod dictus Christoforus teneatur et obligatus sit stare et loborare cum prefacto d. Jo. Antonio de arte et merchantia lanne et baretarum per annos tres prox. futuros et incepturos in festo sancti Michaelis proxime futuro.«

Soll treu arbeiten, in den gewöhnlichen Arbeitsstunden; gehorsam sich benehmen etc. Mit anderen dieses Handwerks nicht arbeiten.

Lohn, nebst »expensas cibarias condecentes« libr. 125 imper., »videlicet libr. 10 imp. pro singulo mense dicti temporis«. Unter Strafe einer Bufse von 250 libr. imp.

Not. Bonifforte Gira. Regest Motta's.

Digitized by Google

**181. Die Stadt Mailand gestattet Repressalien wegen Beraubung eines Kaufmanns durch Ludwig von Kirkel. 1303 November 8.*

Dominus Venturinus Benzonus honorabilis capitaneus populi Mediolani. Dominus Lodoycus de Herchel, qui habitat in castro Rechel districtus de Transborg sive de Argentina, nepos episcopi dicte civitatis, quia erat creditor regis Romanorum, detineri fecit in dicto castro suo Beltramum de Vento mercatorem Mediolani cum equis et mercibus suis. Cum hoc instrumento dictus capitaneus et anziani populi Mediolani concedunt dicto Beltramo represalias contra quascunque civitates, burgos, loca, castra, regni Alemanie (apud notarium Danielem Papiensem notarium dominorum capitanei et anzianorum populi Mediolanensis).

Notiz im Cod. Triv. Nr. 1822 Fol. 59. Die Akten des Notars sind im Mailänder Notariatsarchiv nicht erhalten. Mitgeteilt von Motta.

**182. Herzog Filippo Maria gewährt den deutschen Kaufleuten für sein Gebiet besondere Freiheiten. Galliate 1422 August 28.*
Mit Erneuerungen von 1448, 1450 und 1466[1].

Filippus Maria Anglus Dux Mediolani etc. Papie Anglerieque comes ac Janue dominus. Requisicionibus mercatorum, quorum maxime trafegis nostre bonificantur intrate, quantum decet licenter anuimus. Ad porecta igitur nobis parte Teutonicorum mercatorum octo capitula responsiones fecimus quemadmodum infra particulariter annotatum est, mandantes

[1] Das Stück war angehängt der Erneuerung durch Francesco Sforza vom 1. April 1450, nachdem die Erneuerung durch die Capitanei della libertà am 20. Januar 1448 erfolgt war. Abgedruckt: Archivio storico lombardo Anno XII 185—189. Überschrift: Capitula concessa Sueviis. Eine Erneuerung durch Bianca Maria und Galeazzo Maria vom 4. Juli 1466 im Registro ducale ZZ Fol. 25. Mailand Staatsarchiv.

BIBLIOTH DE LA VILLE DE LYON

Digitized by Google

quibuscumque officialibus, gentibus, armigeris et subditis nostris, quatenus hujusmodi responsiones nostras et quamlibet earum prout jacent ad litteram firmiter observent et faciant ab aliis inconcusse servari contra ipsarum responsionum tenorem non attendando nec aliqualiter atentari permittendo. Quorum quidem Capitulorum et responsionum tenores sequuntur in hac forma videlicet:

Capitula que per Theutonicos mercatores requiruntur. In primis quod illustrissimus dominus dominus dux Mediolani etc. dignetur nobis Theutonicis provideri facere de una domo aut habitatione, in qua habitare possumus et non ullus alter.

Item quod in dicta domo de et pro omnibus victualibus pro usu nostro et familie nostre seu illorum qui nos serviunt tractari debemus tanquam cives et pro illis que conduxerint in dicta domo sint imunes, exempti et franchi.

Item quod in dicta domo nostra nullus intrare possit pro capiendo aliquem de nostris mercatoribus aut familiaribus Theutonicis sive sit collateralis domini potestatis seu de ejus familia seu aliqua alia persona de quavis familia sit.

Responsio ad predicta tria capitula: fiat prout requiritur, cum hac condicione, quod si aliquis ipsorum commiserit aliquod delictum, pro quo ingeratur pena sanguinis, tunc capi, salvo quod, si inter eos aliquod delictum committeretur, sint franchi et liberi in dicta domo tantum.

Item requiritur quod merces, que veniunt de Alemania et que nos Theutonici vendemus vel ememus, per totum territorium solvere teneamur secundum consuetudinem antiquam.

Responsio ad istud quartum capitulum: volumus quod in Mediolano quo ad solucionem daciorum tractentur prout tractantur cives Mediolani, et sic in civis(!), et in qualibet alia civitate et terra nostra in qua contingeт eos solvere dacia, tractabuntur sicut si forent cives et habitatores illius civitatis et terre.

Item quod robe, que conducuntur de Alemania aut ad partes Tuscie, pro transitu solvere teneantur mediam partem ejus, quod antiquitus soliti eramus solvere, et similiter de roba, que conducitur de partibus Tuscie aut Janue Alemaniam, pro transitu solvere teneantur ut supra et quod per gabellatores seu datiarios non transforentur balle et merces nostre.

Responsio ad istud quintum capitulum: contentamur, quod fiat eis remissio de tercia parte ejus, quod nunc solvunt pro transitu, et quod balle non debeant forari, sed possint datiarii desligari facere ballas, et si non reperierint fraudem, teneantur datiarii suis expensis ligari facere, et si aliquid reperieretur in ipsis ballis, quod non esset manifestum, quod pro eo incurrant penam limitatam per data datiorum.

Digitized by Google

Item quod non simus quesiti infra portas aut forum, et quod possumus intrare et exire per totum territorium prefati domini ad nostrum beneplacitum et quod possumus portare arma deffensibilia et offensibilia.

Responsio ad predictum sextum capitulum: volumus quod fiat ut requeritur, salvo quod si non debent perquiri per datiarios, teneantur Theutonici jurare, si habuerint aliquid per quod dacium solvi debeat, et solvere pro eo quod haberent.

Post predictam declarationem requirentibus Theutonicis, quod non compellantur jurare, declaratum fuit per dominos de consilio una cum magistris intratarum, quod non teneantur jurare nec eis detur impedimentum pro rebus quas supra se et in bolzetis portabunt.

Item quod prefatus dominus dux et subditi ejus teneantur et obligati sint nos salvare, protegere et deffendere et etiam robam nostram per totum territorium, ita quod in eo ire, redire et morari possumus pro nostro libito voluntatis, tociens quotiens nobis erit gratum, tute, libere et cessante quolibet impedimento reali et personali.

Responsio ad predictum septimum capitulum: dicimus quod redemus eos et eorum robas et merces securos in territorio nostro toto posse.

Item quod, si foret aliqua mortalitas in partibus Alemanicis aut Lombardie, quod Deus avertat, ob quam causam non possemus intrare civitatem, tunc et eo casu possint pertransire de foris civitatem cum mercibus nostris sine aliquo impedimento.

Responsio ad predictum octavum capitulum: intendimus quod de locis morbosis nullus venire possit, de aliis vero terris, in quibus morbus non sit, non faciendo transitum per terras morbosas, quilibet venire possit.

In quibus quidem capitulis et concessis per Januenses non intelligantur inclusi illi de liga Suuiciorum, nec eorum beneficio gaudere possint, donec se reduxerint ad concordiam nobiscum; tunc et eo casu postquam in concordia nobiscum fuerint, possint gaudere beneficio dictorum capitulorum quemadmodum et alii.

In quorum etc. Datum Galiate die XXIII Augusti 1422, indictione quinta decima.

Nach dem Drucke Motta's im Archivio storico lombardo 1891 S. 185—189, dessen Quelle der Codex Nr. 1428 Fol. 128 der Trivulziana in Mailand ist.

**183. Handel mit Häuten aus Freiburg i. Ü. 1470 August 1.*

Bernardus de Habiate filius quondam domini Manfredini Porte Ticinensis parr. S. Marie Beltradis, conductor mercanziarum, conduxit Gregorio de Vincemalis filio quondam domini Johanoli civi et mercatori Mediolani Porte Ticinensis parr. S. Eufemie ballas decem balzanarum

Digitized by Google

signatas marca hac[a] missas a Jo. Tictamen de Filiborgo. Notajo Francesco Sudati.

Notiz in Cod. Triv. Nr. 1815 Fol. 90 II Die Akten des Notars sind in Archivio notarile in Mailand nicht mehr erhalten. Mitteilung Motta's.

184. Handel mit Häuten aus Freiburg i. Ü. 1474 März 31.

Melchior de ..... filius quondam domini Johannis porte Orientalis parr. S. Babile intus, et Jacobinus de Oxnago fil. q. d. Marci porte Romane, parr. S. Victoris ad Croxettam, marosserii et tinctores pellium, protestantur quod a kalendis mensis Januarii prox. preteriti citra fuerunt mediatores ad vendi faciendum per Jacobum de Gallarate civem et mercatorem Mediolani Stefano de Grassis et Ambrosio de Macaneis tinctoribus pellium albarum in hac civitate Mediolani ballas sex pellium balzanarum albarum, quas ipse Jacobus emerat a Roleto Adam de Filiburgo. Notajo Ottorino de Montebreto.

Cod. Triv. Nr. 1820 Fol. 517 IV. Die Akten des Notars nicht erhalten. Mitteilung Motta's.

**184a. Bernhard von Nürnberg auf der Messe von Crema. Mailand 1477 August. 8.*

Franciscus de Alzate filius quondam Bernardi, porte Ticinensis, parr. S. Marie Beltradis protestatur, quod ipso existente ad nundinas Cremarum, quod fuit de mense Octobris, vidit quod Lafrancus de Sichis de Caravagio dedit et vendidit Bernardo de Nuribergo duodenas circa 60 cum dimidia soattarum albarum ad computum ℔ 3. 4 imper. pro qualibet duodena. Notajo Boniforte Gira.

Cod. Triv. Nr. 1818 Fol. 341 III. Unter den Papieren dieses Notars im Notariatsarchiv nicht zu finden. Mitteilung Motta's.

**185. Bernhard von Nürnberg übernimmt eine Lieferung von Löffeln. Mailand 1477 Oktober 10.*

Bernardus de Nurimbergo filius quondam domini Antonii porte Romane, parr. s. Joh. Ytolani, promittit d. Donato de Carugo filio quondam domini Jacobi, p. Romane, parr. S. Eufemie intus, civi et mercatori Mediolani stipulanti suo et nomine d. Arasmi fratris sui ℔ 1150 imper. aut tantam quantitatem coclearium lotoni bonorum, et mercadantis eorum ponderis r. 7 et d. 8 pro medietate pro qualibet donzena pro pretio ℔ 4 Imper. pro qualibet grossa, occasione resti tante quantitatis

[a] *Das Warenzeichen ist hinzugefügt.*

Digitized by Google

pelium balzanarum, soattarum, cotoni et lotoni laborati et drapi lane per dictos creditores seu per alios eorum nomine dati dicto debitori hinc retro. Notajo Antonio de Birago.

Cod. Triv. Nr. 1818 Fol. 349 t°. Unter den Papieren dieses Notars im Notariatsarchive nicht zu finden. Mitteilung Motta's.

**186. Die Fugger stellen Amand Klingler von Urach Prokura aus. Augsburg 1502 Mai 12 bez. Mailand 1507 Dezember 12.*

Transumptum litterarum consiliariorum civitatis Augustae 12 Maji 1502, in quibus Udalricus, Georgius et Jacobus fratres Fugger vocantur ab eis providi et circumspecti viri cives nostri dilecti. Hae sunt litterae testimoniales cujusdam procure a dictis fratribus facte in Amandum de Klingler de Urach, ad mercandum et negotiandum et negotiationes quascumque contrahendum, gerendum, prout sibi expediens visum fuerit convertendum et commutandum, emendum pecunias et mercantias apud quoscumque mercatores et campsores ac ad bancum deponendum, cambium et commutationes faciendum etc. Que littere subscripte fuerunt a Conrado Petinger legum doctore et predicte civitatis protonotario. Notajo Simone de Suico.

Cod. Triv. Nr. 1817 Fol. 294 t°. Unter den Akten des Notars nicht aufzufinden. Mitteilung Motta's.

**187. Ein Mailänder associiert sich mit einem deutschen Wollweber. Mailand 1509 August 6.*

Dominus Jo. Maria de Porris filius quondam domini Protasi porte Horientalis parr. s. Stefani in Brolio foris promittit stare cum dom. Jo. Antonio de Alamania filio quondam domini Ambrosii p. Romane, parr. S. Joh. Laterani, et laborare cum eo, et exercere artem et mercantiam laborerii lane per annos tres. Notajo Boniforte Gira.

Cod. Triv. Nr. 1819 Fol. 417 t°. Unter den Akten dieses Notars nicht zu finden. Mitteilung Motta's.

Digitized by Google

COMO.

BIBLIOTECA COMUNALE.

**188. Zwei Kaufleute von Lille versöhnen sich mit der Stadt Como wegen erfolgter Beraubung am Monte Surdo. Como 1222 März 10.*

In nomine Domini omnipotentis; anno dominice incarnationis milleximo ducenteximo vigeximo secundo die Jovis decimo intrantis mensis Marcii indictione decima. Adelardus filius condam item Adelardi de Prodcomo de Lilia et Robertus filius condam Bernardi de Novem Mercatis ambo de Lilia episcopatus Tornadi de Landa fecerunt finem et remissionem et pactum de non petendo domino Nicolao de Andito filio condam domini Gulei de Andito Cumane potestatis recipientis ad partem et utilitatem communis de Cumis et omnium hominum tocius jurisdictionis Cumane, nominative de omnibus illis pannis et peciis pannorum et caligis et omnibus rebus ablatis, que et qui panni et calige ipsis aut ipsorum vectoribus seu victuralibus ablate fuerunt et ablati et depredate seu rapte in episcopatu Cumarum in strata publica justa Montem Surdum et specialiter de peciis tredecim et dimidia pannorum: videlicet de peciis sex camelini de Lilia et de peciis septem blaveti de Ypera et de peciis duabus vergatorum Belvaxii et de paribus duodecim caligarum sagye de Brugia et de omni ipsarum rerum omnium exstimatione . . . . . Preterea jam dicti Adelardus et Robertus fecerunt datum et venditionem atque cessionem suprascripto domino Nicolao potestati Cumane nomine et ad partem communis de Cumis recipienti de omni jure, ratione et actione . . . ., quod et quam ipsi . . habebant vel habere poterant . . . adversus raptores et predatores predictarum rerum . . . . .

Et de predictis omnibus contenti et confessi fuerunt predicti Adelardus et Robertus se recepisse et accepisse a dominis Petro Albrici

Digitized by Google

et Ottobono de Turlino et Poccobello de Adilla ministris et canevariis communis de Cumis . . libras nonaginta et septem minus imperial. duodecim den. bonorum imperialium.

Actum in palatio novo Cumarum.

Interfuerunt ibi testes . . . . Et pro notariis adfuerunt . . .

Vetera Monumenta civit. Novocomi Vol. I Fol. 62. Abschrift von Hand saec. XIII exeunt.

significans, quod terra illa Vianesii in illis partibus per quas dicti vectigalii unde vadunt, est et plus esse speratur in guerra et est perichulosa, odiosa et male sechura, mercatoribus et aliis et etiam ipsi comiti, qui timens de ejus inimicis et malivolis per terram illam Viennesii incedit armatus et cum multitudine armatorum, unde videt et timet ex verisimilibus cojacturis, quod si mercantie res et vecture vestre per terram illam Viennesii transeant, ipse eas ab ejus inimicis et malivolis et ab aliis malis hominibus, qui non sunt ejus justiabiles in aliquo nec subjecti et quos cogere non posset, non poterit conducere nec salvare, per quod posset vobis et mercationibus mangnum dapnum et perichulum accidere, quod eum valde tederet et sibi et suis tedium et vituperium evenire, quod nollet et maxime nollet per hoc indingnationem exactionem interpellationem seu mandamentum domini vestri regis Francie, in cujus conductu esse dicimini, incurere ullo modo. Quare licet ipse vobis non dederit specialiter illud iter Vienense, ipse tamen motus adfectuoso amore quo vos diligit et ob reverentiam dicti domini regis et ejus benivolentiam conservandam vobis hoc nuntiat aduidet et notificat ac in quantum in se est inhibet, prout potest, ne vos vel vecturarii vestri res aut nuntii per illud iter Lugduni et Vienensii, Marchie et confinium incedatis nec res vestras ducatis nec duci faciatis sub spe fiductie seu colore conductus sui vel aliquarum conventionum suarum, quum ipse non posset vobis et rebus vestris contra non suos securum illuc conductum prebere et si contrarium faciendo et eundo per terram Viennesii in quacumque parte dicte Marcie et confinium vobis illuc aliquod dapnum vel perichulum[a] inmineret quod absit, ipse comes ex nunc vobis intimat et protestatur, quod non posset ei nec debeat inputari nec ab eo per dominum regem Francie aut per vos seu alium perda vestra repeti seu dapna, quum ipse quantum in se est vobis denegat et prohibet illud iter Viennensii et Marcie et pertinentiarum et confinium dicte terre Vinensii, et non responderet nec teneri vellet vobis vel alii de aliquo dapno aut perichulo secus ibi forsitan inminenti vel dato in terra sua dictarum partium vel aliena in dictis partibus ratione vel occasione quacumque a quibuscumque personis. Facta fuit dicta notificatio et represatatio licterarum per jam dictum magistrum Bertrandum apud Latinaicum in eclesia majori coram testibus et vocatis Chino Banmami de Florentia et Stephano Genitium.

Eodem anno indictione et die et coram dictis testibus dominus magister Bertrandus pro dicto comite Sabaudie accedens ad domum ubi morantur apud Latinaicum domini chustodes nundinarum petitis ipsis dominis custodibus et non inventis set absentibus, repertis ibi discretis viris magistro Petro de Nigemonte et Geleberto tenentibus loca ipsorum custodum presen-

[a] *Vorl. läſst noch einmal* in *folgen.*

Digitized by Google

tavit ipsis locatenentibus recipientibus vice et nomine dictorum dominorum custodum aliam licteram ejusdem domini comitis in hec verba.

»Amideus chomes Sabaudie nobili viro domino Petro de Frēmevilla militi et domino Guilielmo de Sancto Marcello amicis suis karissimis nundinarum Canpanee et Brie custodibus salutem et dilectionem sinceram« et finit: »Datum apud Sanctum Georgium prima die mensis Februarii anno domini M°CCC° primo«.

Quibus quidem licteris domini comitis visis per ipsos locum custodum tenentes ex parte dicti domini comitis Sabaudie dixit eis dictus magister Bertrandus, quod ipse ad hoc missus a dicto domino comite fecerat dictis capitaneo et certibus consulibus et mercatoribus Lonbardorum denunciationem et inhibitionem prescriptam quas predicta omnia coram dictis magistro Petro et Geleberto vice qua supra de verbo ad verbum repetiit et dixit, prout superius continetur, ad illum finem et ad illam intentionem prout exponitur, quod ipsi locum custodum tenentes hoc scirent et prout pertineret ad eos hoc denuntiari facerent dictis capitaneo et consulibus Lonbardorum, quos illuc coram ipsis locum tenentibus non potuit congregare et quod si ipsi mercatores vel eorum nuntii aut vecturarii seu nuntii contrarium faciendo irent per dictum iter Vienensii eis prohibitum, tamquam male securum ut supra, quod dictus comes Sabaudie ad emendam aliquorum dapnorum si qua forte quod absit eis emergeret undecumque et a quocumque in dictis terra Vienensii et ejus pertinentiis Marchia et confinibus prout supra minime teneretur, et quod dominus vester rex Francie, cui reverentiam et benivolentiam idem comes pre ceteris adfectat non possit nec debeat ratione conductus sui au alia ratione dictum comitem vel suos super hiis vel repetionem et restitutionem aliquem dictorum dapnorum si fierent ullatenus molestare, set dominus comes predictus ex hiis esset insompnis et inmunis predictis de causis et aliis in omnibus repetitis et expressis per dictum magistrum Bertrandum nomine quo supra, lictera vero dicti domini comitis sub ejus sigillo predicto presentata dictis magistro Petro et Giliberto ut supra coram me et per me dictum notarium presentibus et aduexa cum ejus pleno tenore. Actum et datum ut supra.

(S. T.) Ego Guelteroctus inperiali auctoritate judex ordinarius et publicus notarius, qui Toctus Buoni de Florentia ortus vocor, predicta coram me acta rogatus scripsi ideoque publicavi et singnum meum consuetum aposui, hac dictam licteram domini Chomitis sub sigillo meo hic adnexavi.

An der Urkunde hängt die folgende Urkunde. An dem verbindenden Pergamentstreifen das Siegel des Notars (Umschrift: + S GVALTERI [N]OTARIID'FLOR). An der folgenden Urkunde noch ein Rest des Siegels.

Digitized by Google

Amedeus comes Sabaudie nobili viro domino Petro de Fremevilla militi et domino Guillelmo de Sancto Marcello amicis suis karissimis nundinarum Campanie et Brie custodibus salutem et dilectionem sinceram. Dilectum clericum nostrum magistrum Bertrandum de Sancto Mauricio exhibitorem presencium ad vos mittimus, cui injunximus super facto itineris seu camini terre nostre aliqua vobis ex parte nostra oretenus referenda, vos rogantes quatinus ad ea, que idem magister B. nuncius noster a nobis propter hoc destinatus super facto itineris predicti vobis ex parte nostra oretenus referet, credatis fiducialiter tamquam nobis, tale super premissis consilium adhibentes, quod ad vestrum et nostrum cedat honorem et dampnum et periculum mercatorum valeat evitari. Valete. Datum apud sanctum Georgium prima die mensis Februarii anno domini M°CCC° primo.

Perg. Or. auf der Rückseite: Denunciatio facto capitaneo et mercatoribus ne eant per Vienensem. *Abschrift Cipolla's.*

252. Verhandlungen in gleichen Angelegenheiten mit den Kaufleuten von Genua. Troyes 1302 Februar 18.

Notariatsinstrument über die Verhandlung des magister Bertrand von S. Maurice mit den »consulibus mercatorum Janue, Galyoto de Mari et Ouberto de Camilla« in der gleichen Sache. Er vollzieht ganz in gleicher Weise, wie in Nr. 251, den Genuesen gegenüber seinen Auftrag. Das Creditiv vom 1. Februar 1302 ist eingerückt. Die Warnung soll auch für andere Mefsbesucher gelten, auch die Genuesen hatten einen Brief über die Wege durch die Bresse und den Weg von Les Clées. Galliotus dankt für die Warnung und sagt auch, der Capitaneus und die andern Genueser Kaufleute hätten schon eine Besprechung darüber gehabt, und wollten, dafs ihre Fuhrleute durch die Landschaften Bresse und Waadt zögen. Die Kaufleute sind darüber einig, dafs die Fuhrleute, welche gegen ihr Versprechen einen andern Weg fahren und dabei ertappt werden, an Hand oder Fufs gestraft würden.

Im einzelnen ist der Wortlaut oft identisch. Die gefährlichen Wege sind hier so beschrieben: »per terram Vienisii a civitate Lugdunensi per insulam de Crime, per terram Dalfini et incedunt aliquantulum licet parum per terram dicti comitis, que est illuc«.

Troyes 1302 Februar 13. »In vico sancti Pantaleonis Trecensis ante domum, in qua morantur domini Galiotus et Oubertus predicti.«

Perg. Or. Siegel abgefallen. Abschrift Cipolla's.

Digitized by Google

GENUA.

ARCHIVIO DI STATO.

**253. Genua beschließt auf Bitten der deutschen Kaufleute die Errichtung eines Fondaco für dieselben. Genua 1424 Dezember 5 bez. 30.*

MCCCCXXIIII, die V. Decembris. Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus J[acobus], cardinalis Sancti Eustachii, ducalis Januensium gubernator, et venerandum consilium dominorum antianorum in legitimo numero congregatum, in quo interfuerunt infrascripti, videlicet: dominus Franciscus Justinianus miles, dominus Andreas de Auria legum doctor, Johannes de Zoalio, Baptista de Guisulfis, Marcus de Ponte de Pulcifera, Lodisius de Marinis, Martinus de Nigrono, Johannes de Albario, Antonius de Monte notarius et Paulus Salvaigus; presentibus etiam et deliberantibus quatuor ex officialibus Sancti Georgii, videlicet: Dominico de Furnariis, Petro de Francis Jula, Gregorio de Marinis, Andalone Maruffo; et totidem etiam ex protectoribus capituli, quorum nomina sunt hec: Raffus Spinula, Stephanus Lomellinus, Simon Macia et Cosmas Scalia.

Considerantes civitatem hanc magnas percipere utilitates et commoda ex frequentatione mercatorum Alemannorum huc confluentium, dignum quoque et honestum esse, ut illis detur statio seu locus vel receptaculum, in quo sese ac sua quiete recipiant et eorum negocia peragant liberi ac separati ab omni tumultu; audita relatione eis facta parte ipsorum Alemannorum, concludente quod inter cetera cuncta loca fundicus Sancti Siri negociis suis summe esset aptus, et quod domini domorum sitarum in ea illas forte locarent preciis libraram octoginta vel circa in summa; volentes dare celerem expeditionem ordinationi dicti fundici, ut Alemanni ipsi honestum hospicium et quale optaverunt obtineant; omni via jure modo et forma quibus melius fieri potest, statuerunt, deliberaverunt et ordinaverunt, quod domus site in dicto fundico Sancti Siri, ille scilicet et tot que negociis dictorum Alemannorum sufficiant, conducantur ab

Digitized by Google

earum dominis preciis convenientibus, dummodo ea precia non excedant summam librarum octoginta; ipseque domus fundici concedantur et assignentur de cetero dictis mercatoribus Alemannis qui Januam confluent; que quidem libre octoginta persolvantur de cetero dominis dictarum domorum singulis annis per massarium dugane, qui deinceps singulis annis eligetur, qui eas pecunias retineat ex omnibus cabellis dugane, justa de eis et equa partitione facta inter ipsas cabellas sicut et quemdamodum fieri solet de stipendio leudi custodie, salario consulum calegarum et aliis consimilibus expensis; attento presertim quod, licet commoda que perveniunt civitati ex ipsorum Alemannorum frequentatione diffundatur ad multos specialiter, tamen cabelle mercantiarum ex ea adaugentur et fiunt meliores. Quam quidem deliberationem valere ac durare voluerunt ad ipsorum domini gubernatoris et consilii beneplacitum.

MCCCCXXV (sic) die XXX Decembris. Spectabile officium monete in legitimo numero congregatum, visa deliberatione suprascripta eaque diligenter examinata, annuit fieri prout in ipsa continetur, repertis balotolis septem albis consensum designantibus, nulla nigra.

Abdruck von Belgrano im Giornale ligustico 12, 82 nach dem Codex Diversorum anni 1424 num. 14. 508.

**254. Genua beschliefst auf Bitten der deutschen Kaufleute eine Herabsetzung der seitens der Deutschen zu entrichtenden Abgaben.*

Genua 1424 Dezember 27.

MCCCCXXIV die XXVII Decembris. Illustris et magnificus dominus ducalis gubernator Januensium etc., et spectabile consilium dominorum antianorum in legitimo numero congregatum, presentibus etiam quatuor ex spectabili officio Sancti Georgii et quatuor ex protectoribus comperarum capituli ad hoc specialiter vocatis et accitis. Intellecta requisitione eis porrecta per Conradum Her, civem Constancie, suo et ceterorum mercatorum Alemannorum nomine requirentem certas immunitates seu cabellarum diminutiones concedi mercatoribus Alemannis, qui de cetero mercandi gratia Januam accedent, ut possint commodius frequentare Januam et multa facere atque tractare, que stantibus ipsis cabellarum oneribus fieri non possent; dictaque eorum requisitione discussa et examinata tam per ipsum spectabile officium Sancti Georgii quam per duos ad hoc deputatos et super ea maturo examine precedente; omni modo via jure et forma, quibus melius et validius potuerunt et possunt, statuerunt, ordinaverunt, concesserunt, voluerunt ac mandaverunt, quod de cetero pro omnibus rebus et mercibus, que extrahentur de Catalonia et Provincia per mercatores Alemannos et producentur ad civitatem aut districtum Janue, mittende ad aliqua loca Alemanie, dominio tamen non mutato, non

Digitized by Google

solvatur quam dimidium pro centenario valoris seu extimationis earum; excepto tamen croco seu safrano, pro cujus valore seu extimatione solvatur unum pro centenario. Et hoc idem intelligi et fieri voluerunt de omnibus rebus et mercibus, que per ipsos Alemannos producentur Januam aut ad aliqua loca districtus ejus, et extracte fuerint de Alemania mittende ad partes Provincie et Catalonie, que Janue dominium non mutabunt, pro quibus non solvatur quam dimidium pro centenario valoris seu extimationis earum ut superius declaratum est: que quidem solutiones fiant introitu caratorum maris. Et volentes ne hiujusmodi concessio gratie parere possit ullam fraudem, voluerunt, ordinaverunt et mandaverunt, quod dicti mercatores Alemanni teneantur et debeant hujusmodi res et merces mittendas ad partes Provincie et Catalonie, seu ab ipsis locis Provincie et Catalonie advectas trasmittendas ad partes Alemanie ut superius expressum est, expedivisse cum juramento intra menses sex a die, qua res et merces Januam pervenerint proxime numerandos: Quod si intra terminum ipsum non fecerint, compelli possint ac obligati sint solvere omnino prout et quantum solvunt Januenses. Si autem accideret aliquem ex ipsis Alemannis committere fraudem aliquam contra ordinationem suprascriptam, cadat ipso jure in amissionem rerum et mercium, in quibus fraus commissa esset, et ultra in penam solvendam tantumdem nomine condemnationis et pene, nec possit amplius frui hac concessione gratie aut aliqua parte ejus, sed omni tempore pro exploso et infami habeatur. Pro rebus autem et mercibus, que ad aliis locis quam superius declaratis advehentur, voluerunt solvi debere, tam pro adventu quam pro exitu, sicuti et quantum solvitur nunc in presenti. Et quum facile posset contingere perduci Januam ab ipsis Alemannis de partibus ac locis Alemanie telas, canabacios et fustaneos non causa trasmittendi ad alia loca sed potius vendendi frustatim sive ad retalium, voluerunt et concesserunt de gratia dictis Alemannis, quod pro telis, canabaciis ac fustaneis, quos et quas de Alemania Januam producent ac vendent frustatim sive ad retalium, non solvantur quam denarii novem pro libra, quorum sex sint introitus canne pannorum denariorum sexdecim et reliqui tres sin[t] introitus denariorum octo canne pannorum, nec ad aliam aliam solutionem cogi possint. Et volentes ipsi illustris dominus gubernator et consilium, omnia hec plene servari, mandaverunt et injunxernnt ac presentium auctoritate mandant et injungunt omnibus et singulis magistratibus et officialibus communis Janue presentibus et futuris, quatenus omnia et singula supradicta firmiter et inviolabiliter observent et faciant effetualiter observari, nec contra ea quicquam audeant attentare.

Abdruck bei Belgrano 12, 83 aus derselben Handschrift.

Digitized by Google

**255. Erklärung seitens Genuas, daſs die Erhöhung der Zölle und Abgaben die Deutschen nicht treffen solle. Genua 1425 März 28.*

MCCCCXXV die XXVIII Martii. Reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus J. Sancti Eustachii cardinalis, ducalis Januensium gubernator, et spectabile consilium dominorum antianorum in sufficienti et legitimo numero congregatum, proponentes animo ut conventiones et immunitates inite et donate mercatoribus Alemannis Januam frequentaturis inconcusse et plenarie observentur; scientes hoc anno ab paucis diebus citra factas esse quasdam additiones cabellarum, que videntur includere omnem nationem et ipsas quascumque, quibus additionibus nunquam fuit animi ipsorum reverendissimi domini gubernatoris et consilii mercatores Alemmanos subjicere contra eorum immunitates et exemptationes; hoc presenti decreto inviolabiliter servando, omni via, jure, modo et forma quibus melius fieri potest, statuerunt, ordinaverunt et mandaverunt, quod omnes et singuli magistratus et officiales communis Janue qui ad hoc fuerint requisiti teneantur et debeant sub pena sindicamenti servare ac plene servari facere omnes et singulas conventiones, immunitates, exemptiones, privilegia et gratias concessas et factas mercatoribus Alemannis usque in diem hodiernum, nec contra eas aliqualiter facere vel venire, aut alicui contrafacere aut contravenire tentanti audientiam prebere ad instantiam alicujus emptoris seu collectoris aliquorum introituum, cabellarum, pedagiorum, dacitorum seu additionum hactenus factarum, quocumque nomine vocentur; sed intelligatur expresse nihil esse factum aut ordinatum contra eas immunitates et exemptiones Alemannorum per novas additiones cabellarum nuper ordinatas nec per ullas cabellarum veterum venditiones, licet aliqui emmptores seu collectores allegarent in clausulis suarum cabellarum nullam fieri mentionem de ejusmodi immunitatibus, conventionibus vel gratiis Alemannorum. Mandantes insuper et expresse injungentes omnibus magistratibus et officialibus communis Janue, signanter autem consulibus calegarum, quatenus omnes causas dictorum Alemmanorum et cujuslibet eorum summarie et expedite terminentur et decidant, rejectis cavillationibus quibuscumque.

Abdruck von Belgrano ebda. 12, 85 aus Codex Diversorum anni 1425 num. 14. 509.

256. Bitte eines deutschen Schneidergesellen um Erlaubnis zum Aufenthalt in Genua. 1426 August 22.

Reverendissime domine ac magnificiis vestris, humiliter exponit Giuraldus de Alamania juvenis pauperimus laborator artis sartorum, quod ipse velet habitationem facere et rescidentiam in hac civitate, ideo requirit propter metum intolerabilium onerum communis, que nulatenus

Digitized by Google

supportare posset, per vestras dominationes ordinari, quod conventionetur saltem usque ad annos decem[1].

Filze Diversorum 1426.

257. Der Genueser Faktor der grofsen Gesellschaft reklamiert Waren, die auf dem Wege nach Valencia und Barzelona gekapert sind. 1436 Mai 7.

Enricus Francus, mercator Theutonicus, moram trahens in Janua bittet, dafs ihm Waren erstattet werden, die er an Rodol Mesvang nach Valencia und Johannes Francus Alemannus nach Barzelona geschickt hatte und die von einem genuesischen Kriegschiff gekapert waren. Es handelte sich um: »caratelli VIII pleni foliarum et fili latoni ponderis cantar. IIII pro singulo caratello extimationis ℔. DCCCCLX Jan. signati de tali signo[2],« ferner um »balle II pannorum de Bruge extimationis lib. MDCCC Januensium sign[3]« und um »caratelli III rami laborati ponderis carat. IIII pro singulo, extimationis libr. CCXXVIII«.

Mitteilung Sieveckings aus Diversorum cancellarie.

**258. Klage eines Genuesen wider einen Deutschen wegen Lieferung schlechter Waren. Genua 1441 März 17.*

Vobis illustri et excelso domino domino Thome de Campofregoso Januensium duci et vestro venerando consilio dominorum antianorum civitatis Janue humiliter et devote exponit Paulus Ricius mersarius in Janua, quod modo possunt esse anni quatuor in circa, quod ipse emit a Conrado de Alamania duodenas centum cordarum pro sartiando, quas ipse Paulus deliberaverat conducere Neapolim, qui Conradus dixit ipsi Paulo: Paule acipe et eme audater cordes istas, quia sunt fina rauba et nec dubites nec cures illas videre, quia de ipsis habebis bonam et implicitam et illas tibi consigno in uno marsapano ligato; quibus verbis auditis per ipsum Paulum ipse Paulus non curavit dictum marsapanum apperire, quoniam credidit vera esse illa, que dixerat dictus Conradus in tractatu dicte emptionis dictarum cordarum, que omnino postmodum reperta fuerunt esse falsa et dollosa, ac dollo et dolose fuit circumventus ipse Paulus in dicta vendicione et in ea intervenit dollus et fraude pro

[1] Das Gesuch wird weiter durch die Behörden behandelt, welche feststellen, dafs er keine Mobilien besitzt. Auf fünf Jahre wird sein Gesuch genehmigt.

[2] Das Zeichen besteht aus den zwei aufrechten Balken des H, deren obere Enden nach aufsen umgebogen sind. Der Querbalken fehlt. Aus dem H wuchs ein Kreuz mit zwei Querbalken hervor. Das Zeichen ist also dem der Gesellschaft des Frick Humpis sehr ähnlich, nur hatte dieses Zeichen einen Querbalken im Kreuze.

[3] Folgt eine komplizierte Warenmarke.

Digitized by Google

parte dicti Conradi, quoniam dicte corde comperte fuerunt esse false, uti putidre ac marcide intantum, quod non poterant nec debebant dici seu censeri merces imo barataria et sic offert se paratum probaturum ipse Paulus, si erit . . . . . dicit esse et exponit, quod de hujus modi causa ipse Paulus fecit querimoniam coram officio mercantie et ultimatim coram domino Juliano de Pini consule Teuthonicorum, qui d. Julianus supradictus fuit sollicitator cause dicti Conradi nec ab eo potuit unquam habere jus suum administracionis justicie, quam . . . . obtinere debuit penes eum, si nomen recti judicis meretur habere, minime obtinere potuit ipse Paulus. —

Filze diversorum 1441.

**259. Anordnung, dafs auf einem catalinischen Schiffe angehaltene Wolle in Depôt gegeben werde. Genua 1441 Juni 30.*

Dies ultima Junii.

Parte illustris et excelsi domini ducis Januensium et et magnifici consilii dominorum antianorum jubetur expresse Bartolomeo Bondenario patrono unius navis ac toti turme sue omnibusque ad quos executio ista pertineat, ut dilationibus condictionibusque rejectis resignent viro nobili Raphaeli Salnaigo quondam Jacobi uni ex dominis antianis illos saccos centum et viginti lanarum captarum in balenerio Catalano, quos quidam affirmant ad mercatores Alamannos pertinere. Statutum enim est, ut Raphael ipse hos saccos CXX depositi nomine asservet sub tribus clavibus, quarum una sit penes eum, alia penes vos patronum, tertia penes ipsam turmam, quoadusque prenominati illustris dominus dux et consilium decreverint aliud in ea materia fore faciendum.

Libri diversorum 31 (526) ad 1441.

**260. Verhandlung über die Bitte eines armen Deutschen um Steuerbefreiung. 1441 September 5.*

Die V Septembris.

Illustris et excelsus dominus dux Januensium etc. et quatuor spectati provisores rerum Neapolitanarum in legitimo numero congregati decreverunt, quod Conradus Alemannus toagiarius pauperrimus vir non molestetur ad solvendum in auxilium classis conventionis sue summam ut ceteri conventionati, immo ab ea contributione omnino immunis sit, attentis ejus pauperie et onere familie quo premitur[1].

Am Rande: pro Conrado de Alemannia.

Liber diversorum Nr. 30 (525) zum 5. September 1441.

[1] Nach liber diversorum 48 (543) zum 8. Juli 1449 war er ein armer deutscher Flüchtling.

Digitized by Google

**261. Beschluſs betreffend den Streit über die in Nr. 259 erwähnte Wolle. Genua 1441 September 15.*

Die XV Sept.

Illustris et excelsus dominus . . dux Januensium etc et magnificum consilium dominorum antianorum in sufficienti et legitimo numero congregatorum. Intellecta controversia vertente inter Gasparem de Vach Alamanum agentem ex una parte et Petrum Bendenarium nomine Bartholomei Bendenarii se deffendentem parte ex altera de et super sachis centum viginti lanarum interceptis per dictum Bartholomaeum cum sua navi in quadam navi Catalanorum his proximis diebus capta in contractibus Raguxii, qui asseruntur esse mercatorum Alamanorum, et auditis in dicta materia advocatis ambarum partium super commissione de ipsis lanis facienda visa etiam regula de prohibita intromissione justicie mentionem faciente de predis in mari factis et demum visis videndis et auditis audiendis, commiserunt et presentium tenore committunt dominis sindicatoribus civitatis Januensis, quatenus visis juribus partium et receptis testibus quos dicte parte producere voluerint tam oretenus quam in scriptis, ministrent justiciam inter partes summariam et expedictam inspecta veritate facti.

Liber diversorum Nr. 29 (524). Konzeptbuch für 1440 und 41.

262. Vorschlag von Repressalien gegen die Deutschen. 1443—47.

Es werden Represalien gegen die in Genua weilenden Deutschen gefordert, weil dem Joh. de Maliciis et sociis von Genua im Gebiete des Strafsburger Bischofs trotz dessen auf 2 Jahre gewährten salvus conductus Waren im Werte von 7000 fl. geraubt waren. Diese Genuesen »exercebant artem et ministerium conducendi cum eorum curris merces mercatorum de Frandria in Italiam saltem usque ad partes Alamanie et consueti erant transitum facere per territorium episcopi Argentinensis«. Ihre Reklamationen bei dem Bischof von Strafsburg, den sie in Konstanz aufsuchten, und dem »serenissimus dominus noster Romanorum rex« hatten keinen Erfolg, »non potuit nisi verba repportare«.

Mitteilung Sieverkings aus Konzept des Archivio secreto Nr. 3155 aus der Zeit des Dogen Raffael Adorno (1443—47).

263. Zollverweigerung auf Grund von sonst unbekannten Privilegien von 1421 und 1431. 1443—47.

Ottmar von St. Gallen weigert sich, einen Zuschlag zum Ausfuhrzoll auf gesponnenes Gold zu zahlen, da nach den Capitula und Conventiones der Deutschen von 1421 und 1431 sie nur verpflichtet wären, die alten

Digitized by Google

Steuern zu zahlen und nicht solche salsae. Dem Einwand, er könne ja den Zoll auf seine Abnehmer abwälzen, erwidert er, das sei ihm unmöglich; die consules calegarum sprechen ihn frei.

Mitteilung Sievekings aus Konzepten des Arch. secreto Nr. 3155, abgefafst unter dem Dogen Raffael Adorno (1443—47).

264. Bitte der Deutschen um Ausdehnung der Zollbegünstigung. Genua 1447 Mai 19.

»Ottomar Alamannus et alii Alamanni in civitate Janue conversantes« bitten, dafs die Zollermäfsigung: »de rebus, que per dictos Alamannos extrahentur de Catalonia aud Provincia conducende Januam causa portandi ad loca Alamanie dominio non mutato« und umgekehrt »mittenda de partibus Alemanie in partes Chatalonie aut Provincie«, für die nur ein Wertzoll von $^1/_2$ %, für chrocum sive safranum aber von 1 % erhoben werde, auch auf aus andern Ländern stammende Waren ausgedehnt werde. Die Regierung übergiebt die Petition an S. Giorgio.

Mitteilung Sievekings aus Divers. cancellariae.

**265. Spruch in dem Streite zwischen einem Faktor der grofsen Gesellschaft der Deutschen und einem Genuesen, der jenem auf dem Meere geraubte Wolle an sich gebracht hatte. Genua 1449 August 26.*

Illustris . . dux . . consilium antianorum. Audito claro juris utriusque doctore domino Baptista de Goano dicente fuisse mensibus superioribus captas et interceptas certas lanas et merces spectantes nonnullis Teotonicis, pro quibus Janue negotiatur Ottomar de Sancto Gallo, que quidem lane et merces dum Januam veherentur, intercepte fuerunt, ut superius dictum est, a quibusdam Provincialibus pirraticam exercentibus deinde ab eis alienate et pervente in Alexium Salucium et socios, qui eas emerunt precio villi, non obstante quod ab legibus prohibitum sit, tales merces depredatas inter illos pacem habentes minime emi licere. Requirente propterea deligi magistratum dicto Ottomaro, que justiciam dicat inter prenominatum Ottomarum nomine quo supra una parte et Alexium et socios ex altera. Nam id disponitur ex regula cujus inscriptio est de prohibita intromissione justicie, ubi dicit de preda commissa in mari. Ex adverso audito claro domino Nicolao de Nigro allegante, quod suprascripto Alexio et sociis opponente, quod dominationes ipsas non se habere immiscere in controversia antedicta, maxime quia in hac urbe constituti sunt magistratus ordinarii ad justiciam unicuique reddendam, ad eosdem igitur recurrant Ottomar et ceteri eis, quod justitia redderetur, omni via jure modo et forma quibus melius et validius potuere. Viso prius tenore regule superius allegate, qua plene servata, commisserunt et committunt claris doctoribus

Digitized by Google

dominis Matheo de Curte vicario ducali et Cedroni de Roma vicario aule superirois d. potes., quod auditis partibus superius nominatis et juribus eorum visis ac plene intellectis intelligendis justiciam summariam inpeditam sine solutione alicujus pignoris levandi inter partes ministretur non obstantibus obstantiis quibuscunque.

Liber diversorum (49) 544 zum 26. August 1449.

266. Ein Schiff wird für den Verkehr zwischen Catalonien und dem adriatischen Meere gechartert. Genua 1449.

Ottomar de S. Gallo factor societatis que dicitur de Josumpis, mercator Alamannus, chartert ein Schiff, welches Wolle von Catalonien, Valencia, Tortosa nach Ragusa und Parenzo in gulfo Venetorum bringen soll.

Mitteilung Sieveking's aus Notar Christ. de Rapallo V Fol. 446.

**267. Entscheidung in einer Schuldsache des Konrad von Ortenburg gegen Konrad von Frankfurt. Genua 1450 März 12.*

Die XII Martii.

De beneplacito et expressa licentia ill. et exc. domini Ludovici de Campofregoso dei gratia Januensium ducis est, quod Conradus de Franchoforte de Alamania molestari inquietari aut detineri realiter aut personaliter non possit pretextu vel occasione alicujus debiti vel rei, ad quod et quam teneretur vel esset obligatus Conrado de Ortanburgo etiam Alamano socero ipsius, valitura presenti licentia mensibus duobus cum contramando dierum quatuor.

Cod. Diversorum Nr. 53 (1450—52).

**268. Paſs für den deutschen Kaufmann Peter Lopetach auf drei Jahr ausgestellt von Doge und Anzianen von Genua. 1454 April 17.*

Petrus dux et consilium: harum litterarum auctoritate damus plenum tutum et generalem salvumconductum annos tres proximos cum comando mensium octo duraturum et valiturum Petro Lopetach mercatori Alemanno ac sociis ex societate ejus ipsiusque Petri familie ac factoribus ac negotiorum gestoribus ipsiusque et ipsorum et cujuslibet eorum pecuniis mercibus rebus et bonis quibusvis veniendi ad civitatem et districtum Janue mari ac terra: ibique standi morandi et habitandi, negotiandi et inde liber discedendi ac redeundi semel et pluribus mari ac terra simul et divisim, cum suis sociis et societate familiaque ac factoribus et negotiorum gestoribus pecuniisque ac mercibus rebus et bonis suis et eorum et cujuslibet ipsorum vel sine ipsis, pro ut cuique ipsorum placuerit,

Digitized by Google

tuto ac libere et omni reali et personali impedimento prorsus cessante. Non obstantibus aliquibus guerris, discordiis et inimicitiis hactenus ortis et que deinceps oriri ac moveri possent inter quosvis reges principes dominos domina et populos ex una parte et nos atque inclitum commune Janue ex altera, damnisque ac injuriis et offensionibus hactenus illatis et deinceps quomodolibet inferendis adversus nos aut aliquos Januenses, et non obstantibus etiam aliquibus rephrensaliis ac juribus jam concessis et aquisitis et de cetero concedendis contra quosvis reges principes dominos domina et populos et subditos eorum, aliisque dependentibus emergentibus et conexis a causis ipsis vel earum aliqua. In horum igitur que diximus testimonii has nostras salviconductus litteras fieri jussimus et sigilli nostri impressione muniri. Data decima septima Aprilis.

Aus Codice Diversorum del 1454 al 1455 Nr. 18—1794. Mitteilung Desimonis.

269. Vollmacht, den Nachlafs eines in Pera verstorbenen Deutschen betreffend[1]. *Nürnberg 1458 Dezember 16.*

Notariatsinstrument des Heinrich Gerung von 1458 die sabbati, 16 mensis Decembris. Vor dem Notar erklärte Leonnhardus Reuthamer civis et mercator opidi Nürembergensis . . . dafs zwischen ihm als dem Prokurator der Elisabeth, der Witwe des Johannes Tilmann de villa Grossenbuch sub limitibus ecclesie parrochialis monasterii in Neunkirchen canonicorum regularium ordinis sancti Augustini dicte Bamberg. diocesis und dem Dogen und den Anzianen von Genua »de rebus bonis pecuniarum summis ac aliis . . per quondam Johannem Tilmannum filium unicum et legittimum dum vixit dicte domine Elizabeth, in civitate Pera regni Grecie defuncti post mortem ejus relictis« eine strittige Frage bestehe. Der Streit wurde schon viele Jahre und vor verschiedenen Gerichten geführt. Leonhard bestellt als seinen Vertreter, »Othmarum Sleypffer de sancto Gallo magne societatis in Ravenfspurg negociorum gestorem et factorem . . . ad concordandum se cum dictis duce et anzianis . . . Acta in opido imperiali Nürembergensi«.

Politicorum. Originalurkunden.

**270. Bestätigung der Wahl des Dr. jur. Paolo Bassadone zum Konsul der deutschen Kaufleute. Genua 1463 Januar 17.*

Die XVII[a] Januarii.

Illustris in Christo pater dominus, Paulus de Campofregoso dei gratia archiepiscopus et dux Januensium ac populi defensor ac magnum consilium

[1] Auf denselben Streit bezieht sich ein Beschlufs der Anzianen vom 6. April 1457. Sie erwarten einen Bevollmächtigten der Elisabeth Tilmann. *Diversorum 65* (568). Am 16. November wird eine Beratung von 6 Doctores juris verordnet. *Ebda.*

Digitized by Google

dominorum antianorum in sufficienti et legitimo numero congregati, audito claro utriusque juris doctore domino Paulo Baxadone dicente post mortem quondam Bartholomei ejus patrui placuisse mercatoribus Allamanis, qui Janue sunt, eligendi eum in consulem suum sub modis et condictionibus consuetis, sicut constat manu Christoffori Sisti notarii hoc anno die duodecima Januarii petentique ipsam ellectionem confirmari: Visa ellectione predicta et consyderantes preffatum d. Paulum dignum esse eo consulatu, ipsam ellectionem approbuerunt et confirmaverunt suamque auctoritatem in ea interposuerunt pariter et decretum. Jubentes universis et singulis magistratibus excelsi communis Janue, quatenus prefatum dominum Paulum in consulem Allamanorum habeant cum jurisdictione consueta. Ipsique in pertinentibus ad ejus officium omnem favorem et omne brachium suum prestent, quotiens fuerint requisiti, sub pena sindicamenti.

Liber diversorum 81 sub hoc die.

**271. Entscheid der Banca di San Giorgio über die Höhe des Zolles, den ein Deutscher für Einfuhr von Karmoisin zu entrichten habe. Genua 1466 Juni 20.*

MCCCCLXVI° die Jovis XXVI Junii.

Magnifici domini protectores Comperarum sancti Georgii anni presentis in pleno numero congregati. Audito sepenumero una parte claro legitimo domino Paulo Baxadone consule Alemannorum in civitate Janue negociantium gravem querelam deferente, quod commerciarii nolunt expedire secundum formam conventionum Alemannis concessarum cantar. tria vel circa cremixii allata seu que afferri fecit in civitatem Janue Georgius de Lenemburgo mercator Alemannus et quod cremixium obtulit jurare se credere, quod originem habuerit in Alemania, et ob id requirente per ipsos dominos protectores provideri, quod ipsi commerciarii dictum cremixum expediant tanquam rem originem habentem in Alemania secundum formam dictarum conventionum: et parte altera auditis Paulo Marrufo et sociis gubernatoribus commerciorum dicentibus, non esse consuetum afferri cremixium ex Alemania et quod cremixium ipsum non haberet originem in Alemania, immo in aliis locis ex quibus cremixium afferri consuevit, visa monstra dicta cremixii eaque tradita viris prestantibus Andree de Domoculta et Raphaeli de Francis duobus ex se ipsis, qui retulerunt se multis tinctoribus et aliis peritis circa cognitionem ejusmodi cremixii monstram ipsam ostendisse et invenisse communem eorum opinionem esse, quod dictum cremixium originem habeat in Alemania: declaraverunt supradictum cremixium allatum per dictum Georgium de Lenemburgo Alemannum expediendum esse et expediri debere in dugana tanquam rem originem habentem in Alemania et secundum formam con-

Digitized by Google

ventionum dictis Alemanis concessarum, non obstantibus oppositis per dictos commerciarios.

Archivio delle Compere di S. Giorgio. Reg. Gest. Diversorum 1463—66 (24 2250) Fol. 140.

**272. Genuesische Privilegien für die deutschen Kaufleute, darin die Supplik der Kaufleute. Genua 1466 Dezember 23.*

Conventiones Allamanorum.

Magnificus et illustris dominus Sagramorus Vicecomes ducalis in Janua vicegubernator et magnificum consilium dominorum antianorum, in sufficienti numero congregatorum et quorum nomina sunt hacc

Benedictus de Nigro Prior,	Gabriel de Promontorio.
Nicolaus Italianus,	Obertus Folieta Notarius.
Franciscus Scalia,	Joh. Baptista de Grimaldis.
Raphael de Auria,	Christophorus Cattaneus.
Hieronimus de Montesoro,	Hieronimus Gentilis[a].

perlecta supplicacione coram eis porrecta pro parte Alamannorum tenoris ut infra scripti, et habito in ea re diligenti examine atque consultacione, et presertim super his que ad comperas Sancti Georgii pertinere videbantur, et interposita ad hec omnia intelligenda opera atque medio nobilium et prestantium virorum domini Andree de Benigassio utriusque juris doctoris et domini Luce de Grimaldis legum doctoris, domini Baptiste Spinule quondam G. et Antonii de Cassana, qui diligenter, quid fieri posset atque deceret, et apud magnificum officium Sti Georgii et apud alios magistratus perscruptati, demum quid invenissent retulerunt, ad unumquemque articolum petitionum in ipsa supplicatione contentarum ut infra, responderunt ac concesserunt et respondendum et concedendum fore decreverunt. Supplicationis et petitionum tenor talis est:

Vobis illustri et excelso domino domino ducali in Janua locumtenenti et magnifico concilio dominorum antianorum civitatis Janue exponitur per Enricum Franchum de Constantia nomine Alamanorum, quod ipsi Alamani semper desiderarunt in hac inclita civitate Janue ac districtu mercari ac negociari, verum propter turbationes, que superioribus annis ipsam civitatem multipliciter vexarunt, ipsi mercatores Alamani justo timore ausi non sunt ad ipsam civitatem mercantias suas conducere ac in ipsa civitate mansiones firmare, nunc autem, cum Dei benignitate civitas in bonum statum deducta sit et omnia in pace ac itinera a latronibus tuta sint, intendunt ad hanc civitatem accedere et ut sperant in ipsa civitate ac districtu brevi ita negociari, ut dominatio vestra intelligat

[a] *In B. stehen die Namen der zweiten Spalte unter denen der ersten.*

Digitized by Google

ex ipsorum negotiationibus multum commodi et utilitatis conferri introytibus ac civibus hujus civitatis. Sed quia ipsi Alamani habent nonnullas conventiones, pacta, privilegia et immunitates cum hac inclita civitate, que aliquando fuerunt in dubium reflicate[a] et propter vexationes collectorum introituum communis Janue non observate, et ipsi mercatores Alemani multipliciter sepius fuerunt molestati injuste ac indebite: idcirco suplicatur, quatenus prefata vestra dominatio dignetur confirmare dictas conventiones, pacta, privilegia et immunitates, ac mandare, ut per quemlibet magistratum Janue debeant inviolabiliter observari, ac ultra super infrascriptis providere et concedere, ut infra requiritur per ipsos Alamanos, ut sic ipsi Alamani, qui sua sponte volentes ad hanc civitatem mercandi causa accedere intendunt, etiam gratiis ac immunitatibus vestris ad id alliciantur, prout sperant esse intentionis prefate vestre dominationis.

1. Et primo requiritur: quia ipsi Alamani nunquam fuerunt soliti solvere pro introitu rippe nisi tres denarios pro libra tam pro rebus per ipsos emptis quam per ipsos[b] venditis aliis personis, tum a paucis annis citra molestantur collectoribus dicte rippe pro pluri; quod declaretur, Alamanos non teneri solvere pro dicta rippa nisi dumtaxat dictos denarios tres pro libra, prout soliti sunt solvere, tam pro rebus ac mercibus per ipsos emptis quam per ipsos venditis aliis personis, et quod ipsi Alamani nec illi quibus venduntur[c], non possint pro pluri molestari.

2. Item quod ipsi Alamani in illis introitibus et maxime commerciis sive caratis, pro quibus alii extranei et forenses ac cives minus solverent quam ipsi Alamani, quod pari modo ipsi Alamani non teneantur[d] nec obligati sint solvere nisi tantum quantum solverent et[e] obligati sunt solvere alii extranei et seu cives Januenses.

3. Item quia ipsis Alamanis solum concessum est, quod Alamani nihil solvant pro cambiis ab Alamania Januam vel e converso, pro cambiis vero aliorum locorum tenentur solvere ut Januenses, declaretur, quod pro aliquibus cambiis undecumque et pro quocumque loco factis seu fiendis nihil ab eis exigatur pro introitu dictorum cambiorum ac censarie, sed[f] tractentur pro dictis cambiis, prout tractantur de cambiis de Alamania Januam et e converso.

4. Item quod pro introitu pedagiorum non teneatur solvere nisi solum soldos quinque et denarios tres pro qualibet soma, prout soliti sunt solvere, etiam pro rebus, que non essent conducte ex Alamania, sed ex quocumque alio loco.

---

[a] *So die Handschrift* B., A. *unsicher, vielleicht* resricate.
[b] A.: pro ipsis.
[c] B.: vendunt.
[d] B.: tenerentur.
[e] B.: vel.
[f] B.: et ut.

Digitized by Google

5. Item quod rauba ipsorum Alamanorum que conduceretur per terram in civitate Janue possit conduci ad domos ipsorum Alamanorum absque necessitate ipsas conducendi ad duganam civitatis Janue.

6. Item quod[a] rauba ac some ipsorum Alamanorum et seu que conducerentur per ipsos Alamanos non debeant disligari in dugana per collectores introituum communis Janue, sed in domibus ipsorum Alamanorum.

7. Item quod de rebus et mercibus, quas dicti Alamani venderent in ripparia Janue extra civitatem Janue ac tres potestacias, non teneantur nec possint molestari ipsi Alamani pro introitu rippe.

8. Item quia saepe ipsi Alamani molestantur a collectoribus introytuum communis Janue, et ipsorum rauba retinetur in dugana et ad portam pro introytibus, de quibus ipsi Alamani pretendunt se non esse obligatos, declaretur, quod prestita idonea satisfacione coram ipsorum consule de judicato solvendo, debeant ipsi Alamani ac ipsorum rauba relaxari et liberari.

9. Item quia ipsi Alamani ex forma dictarum conventionum possunt navigare solvendo sicut cives, et contra formam dictarum conventionum nuper per magnificum officium comperarum Si Georgii videtur declaratum fuisse, quod pro aluminibus conductis per ipsum Enricum per mare ad civitatem Janue solvi debeant libre sex, soldi 16 et denarii octo pro centenario, et sic multo plus quam solvant cives et etiam alii, ut provideatur, quod tam circa dicta alumina quam circa alia de cetero conducenda per mare per Alamanos serventur dicte conventiones nec Alamani teneantur solvere plus quam solvant cives, et sic etiam ipse Enricus pro dictis aluminibus non teneatur solvere plus quam solvant cives.

10. Item quod collectores introituum non possint intrare in domos ipsorum mercatorum Alamanorum nec perquirere in domibus sine consensu consulis ipsorum Alamanorum.

11. Item quod ipsi Alamani possint receptari in civitate Janue per quoscumque cives et hospites civitatis Janue sine presentatione bulletarum et absque bulleta impune, non obstante quocumque decreto vel proclamatione, que in contrarium contingeret fieri.

12. Item quod Alamani qui ceperint vel de cetero capient[b] uxores Januenses, sint immunes ac gaudeant immunitatibus ac franchixiis ipsis Alamanis concessis ac tractentur et tractari debeant, sicut tractantur Lombardi capientes uxores Januenses sive in civitate Janue.

13. Item quia ipsis Alamanis commune Janue tenetur ac est obligatum vigore dictarum conventionum salvare ac deffendere bona ipsorum Ala-

---

[a] B. *schiebt ein:* alia.
[b] A.: capientes.

Digitized by Google

manorum et curare, quod ipsis Alamanis de bonis spoliatis ac damnis illatis fiat restitutio integra, requiritur, ut per prefatam dominationem Janue provideatur, quod pro predictis attendendis prestetur cautio competens versus ipsos Alamanos in civitate Mediolani vel alia civitate extra Januam ac districtum.

Responsio dicte excelse dominationis[a].

Primum memores amicitie veteris Alamanorum ac consuetudinis eorum apud Januenses, in qua benevolentia semper retenta est, et volentes in his, que honeste fieri possint, illis complacere, conventiones et privilegia ac concessiones quaslibet quandocumque usque ad hanc diem illi concessas ac concessa approbaverunt atque confirmavernnt et firmas ac firma manere et servari debere voluerunt prout jacent.

Et primo ad articulum ubi dicitur: »et primo quia ipsi Alamani nunquam fuerunt soliti solvere pro introytu rippe nisi tres denarios pro libra«.

Respondetur et conceditur, quod pro quanto pertinet ad tempora preterita usque ad eam diem, qua mota est controversia de ipsa rippa per Anthonium de Cassina nunc collectorem, dicti Alamani molestari seu cogi non possint ad solvendum nisi denarios tres pro libra tam pro venditione[b] quam emptione[c] prout requiritur. A die vero mote controversie per dictum Anthonium citra usque ad finem temporis, pro quo ipsa cabella rippe vendita est, quod est per totum annum proxime futurum, reserventur dicto Anthonio et aliis collectoribus jurà sua, talia qualia sunt, pro futuro vero tempore, post finitum tempus illius venditionis, solvant Alamani prout supra per eos est requisitum et supra concessum.

Ad secundum articulum ubi dicitur: »Item quod ipsi Alamani in illis introytibus et maxime comerchiis sive caratis« etc. respondetur, quod serventur conventiones, nec posse requisitioni eorum assensum prebere, quia esset magna jactura reipublice, si aliquid innovaretur in facto comerchiorum; sed gaudeant Alamani beneficio suarum conventionum tales quales sunt, quod sufficere illis potest.

Ad tertium articulum ubi dicitur: »Item quia ipsis Alamanis solum concessum est, quod Alamani nichil solvant pro cambiis« etc. respondetur et conceditur, quod ultra cambia Alamanie ipsi Alamani ctiam sint immunes pro cambiis illis dumtaxat, que alicui ipsorum Alamanorum venerint ad recipiendum in Janua ex Gebennis vel Lugdono, dummodo jurent, ipsam monetam talis[d] cambii spectare ipsis Alamanis, et quod pecunie omnes talium cambiorum implicentur in civitate Janue conver-

[a] *Fehlt in* B.
[b] B.: per venditiones.
[c] B.: emptiones.
[d] B.: taliter.

Digitized by Google

tanturque in emptione mercium et non aliter, et hec concessio locum habeat et initium post finitum tempus, quo cabella cambiorum nunc vendita est.

Ad quartum capitulum sive articulum ubi dicitur: »quod pro introitu pedagiorum non tenentur solvere nisi solum solidos quinque et denarios tres« respondetur, nihil in hoc concedi posse aut variari propter ordine[m] pedagiorum, qui sine confusione mutari non posset.

Ad quintum articulum ubi dicitur: »Item quod rauba[a] ipsorum Alamanorum que conduce[n]tur per terram ad civitatem Janue«. — Et pari modo ad sextum ubi dicitur: »Item quod rauba et some ipsorum Alamanorum, et seu que conducentur per ipsos Alamanos« respondetur ad utrumque et conceditur, quod ipsi Alamani conducere possint ad eorum domos ballas mercium suarum minutarum, obtenta tamen prius licentia a collectoribus comerchiorum, qui tamen obligati non sint dare eis dictam licentiam, nisi prius bullari fecerint dictas ballas et prestiti fuerint ad ipsis Alamanis, ad quos tales merces pertinebunt, idonei fidejussores, quod dicte balle non solventur aut disligabuntur nisi in presentia factorum comerchiorum et de licentia eorum, posteaquam solute fuerint sive disligate, si Alemani non remanserint de acordio cum comerchiariis de valore mercium eo casu, ipsi fidejussores tencantur vel[b] solvere comerchiis pro ipsis mercibus secundum taxationem valoris declarandam per ipsos comerchiarios vel saltem omnes ipsas merces reponi facere in doana Janue.

Ad septimum ubi dicitur: »Item quod de rebus et mercibus, quas dicti Alamani venderent in riparia Janue« respondetur ac conceditur, quod ipsi Alamani non teneantur solvere gabellam rippe in Janua pro mercibus vendendis ad minutum in districtu Janue, videlicet extra civitatem et tres podestacias, dummodo aliquis ipsorum in uno viagio vendere non possit merces nisi usque ad valorem librarum centum moncte Janue.

Ad octavum articulum ubi dicitur: »Item quia sepe ipsi Alamani molestantur a collectoribus introituum communis Janue« respondetur, non posse huic articulo assensum prebere propter ordines in jurisditione cabellarum factos, qui nequaquam possunt infringi.

Ad nonum, ubi dicitur: »Item quod ipsi Alamani ex forma conventionum possunt navigare,« respondetur, non posse aliud concedi nisi sicut dictum est in responsione secundi articuli, videlicet quod serventur conventiones.

Ad decimum articulum, ubi dicitur: »Item quod collectores introituum non possint intrare in domos ipsorum mercatorum Alamanorum,« respondetur, non posse hoc concedi, quia esset omnino contra leges et

[a] A. *und* B.: cambia. [b] *Fehlt in* B., *wo eine kleine Lücke.*

Digitized by Google

ordines comerchiorum et aliarum cabellarum, nec quispiam gaudet[a] hujusmodi privilegio quod petitur.

Ad undecimum, ubi dicitur: »Item quod ipsi Alamani possint receptari in civitate Janue per quoscumque cives et hospites,« respondetur et conceditur prout petitur, nisi esset suspicio pestis.

Ad duodecimum, ubi dicitur: »Item quando Alamani, qui ceperint vel de cetero capient uxores Januenses sint immunes«, respondetur et conceditur, quod Alamani qui ceperint vel de cetero capiant uxores Januenses, in civitate Janue sint immunes et gaudeant immunitatibus et franchisiis quantum pro oneribus publicis, scilicet avariis, mutuis, impositionibus ac fochagiis communis Janue, exclusis per expressum cabellis, et hoc usque in annos decem a die qua ipsos uxores ceperint dummodo habitent in civitate Janue cum dicta familia usque ad dictum tempus decennii.

Ad decimum tertium articulum, ubi dicitur: „Item quia ipsis Alamanis commune Janue tenetur et est obligatum , respondetur, hoc non posse concedi, quia ex hoc daretur forsitan materia multis male agendi.

